gelici pauperis gaudere superfluis luxib⁹ indulgere. Et q̄ nec diuites semper possũt velle in omnibus habundare: nec penuriã scire pati: Familiaritates superfluas fugiant. Esto ait quidam cũctis benignus: nemini blandus: paucis familiaris: omnibus equus. Et sanctus Ber. Tria inquit religiosũz quélibet decét: pauca loqui: paucos habere familiares: ⁊ multũ orare. vbi mnlti familiares: ibi multiloques ⁊ sibili singulares. Si familiarez admittis si quem etas: mores: discretio: ⁊ honestas insignia esse cõmendat. Familiaritas si fuerit ordinata nõ erit: blanda: improba: puerilis. Est modesta quedam in sancta familiaritate seueritas: est ⁊ iustitie rectitudo: vt nullaten⁹ vicium foueatur: nec pro amico ꝓximo offendatur. Moli ait sapiens pro amico inimicus fieri proximo. Seculariuz deniq̄ familiaritas indiscreta: religiosi quieté multipliciter inquietat. Nullius gratiã munuscul is cõparent. Si quid forte alicui vel causu exacti necessaria prorsus religionis lege: licentia precobtenta obtulerint: honestas rei ⁊ vilitas precij: religiosorum ⁊ pauperum census esse probent. Non frequentent ꝓpinquos: nec exterioribus se implicét curis: sed salutis proprie memores agéde potius penitentie vacent. Non cadat a mente professio. Semper ad quid venerint cogitét. Pésent q̄ de quibusdã sanct⁹ ait Gre. Sepe inquit nónulli aperte prauitat s vias deserunt: sanctis habitũ sumũt: moxq̄ vt prima limina bene viuendi cõtigerint obliti. qui fuerint: affligi iam per penitentiam de consumatis nequitijs nolunt. Laudari autẽ de inchoata iustitia appetũt: preesse ét ceteris melioribus cõcupiscũt. Et post pauca. In rebus ait multiplicib⁹ occupati: atq̄ ipsa occupatione confusi non solũ perpetrata minime deplorant: sed ⁊ adhuc que deplorantur exagerant ꝑm apostolũ. Nemo militans deo: secularibus se negotijs implicat: vt ei placeat cui se probauit. Et de sancto legitur: q̄ quanto se ab humanis curis ⁊ coloquijs sequestrabant tanto illi vicinior ⁊ propinquior deus erat. Vitanda maxime colloquia mulierum. Non potest toto corde habitare cum domino qui mulieruz accessibus copulatur. Charitatis obsequia libenter impendant. Charitas semper reddita: semper detinet debitorez. Nec aũt quomodo negetur amicis: que debet inimicis. Postq̄z vel orationi vacauerint: vel ad studiũ pro tempore sederint: ad seruiendm fratribus surgát. Et si necesse fuerit nunc hũc: nunc illũ. Districte tamẽ put oportuerit iuuét: vt ꝑm apli eá doctrinam: ⁊ vitam manibus suis laborantes q̄ bonũ est alior̃ fratrum etiá corporaliter si fieri potest participantes laboribus in charitatis semper exercitentur operibus: vt cibũ corporis non absq̄z labore comedant corporali: vt hec sancta cõsuetudo ipsos in humilitate custodiat in fraterna dilectione ⁊ in omni perfectione confirmet. Qui communibus instãt: suisq̄z obsequijs alios portant: sunt corporali simul ⁊ spirituali suffragio supportandi merito singuli pro his qui pro cõmunitate laborant. In spiritualibus quoq̄z bonis⁹ marta participet ⁊ maria que vtiq̄z sunt sorores: ⁊ equa sit pars descendentis ad proximũ ⁊ remanétis ad sarcinas: ⁊ similiter diuidant. Qui nobis corporaliter obsequũtur iuste partem in nostris spiritualibus assequũtur. Rursum cõitatis operibus familiaria nemo preponat. Charitas de qua scriptum est non querit que sua sunt: sic intelligitur: q: communia proprijs: non propria cõmunib⁹ anteponit. Cõsiderationi deniq̄z ante omnia ⁊ in omnibus vigilandum: que finem ⁊ directionem attendit. Finis ad quem nostra tendit professio regnuz dei: vel potius ipse deus: ⁊ directio seu via qua tenditur: mentis est puritas ad ipsum principaliter directiua. Herendum iugiter his duobus. Nec esse est enim mentem quo recurrat: cuiq̄z

principaliter inhereat non habentem per singulas horas atq; momenta pro incursu um varietate mutari atq; ex his que extrinsecus accidunt: in illum statum continuo transformari qui primus occurerit. Hinc est q; nonnullos pro christi amore maxima contemnentes: pristinum tamen affectum in minimis retetantes. Post hac videmus pro grafio: pro acu: pro calamo cõmoueri. Irascuntur mobiliter ⁊ inflantur: veluti qui non habeant apostolicam charitatem. Ad si contemplationem mundi cordis fixam tenerent: nunq; vtiq; pro paruis rebus admitterent: q; ne pro magnis atq; pretiosis incurrerent operibus: eadẽ penitus abicere maluerunt. Unde liquet perfectionem non statim facultatum seu dignitatum abiectiõe contingi: nisi fuerit charitas illa cuius apostolus membra describit: que in sola cordis puritate cõsistit. Nã quid est non emulari: non inflari: non irritari: ⁊ reliqua nisi cor perfectum atq; mũdissimum deo offerre: ⁊ intactum a cunctis perturbationibus custodire. Quicqd ergo nos ad hanc puritatem potest dirigere tota virtute sectandum est. Quicquid autem ab hac retrahere quãuis necessarium ⁊ vtile videatur: ⁊ permitiosum ⁊ noxium deuitandum. Sine via tendentibus labor est itineris non profectus. Operantur ⁊ seruant q̃z maxime puritatem: perfecta humilitas: ⁊ mentis expeditio a terrenis. Erit deniq; vt purus animus: pura deum oratione frequentet: frequentando gustet: gustando probet q̃z suauis est deus. Erit deniq; vt diuino iebriatus amore: tam in deum considerationem inflectat: toto in ipsum desiderio pergat: nil ei sit dulcius: nil iocundius in hac vita: q̃z vacare ⁊ videre quoniam ipse est deus: quod est in partibus considerationis potissimum. Affecta sic anima comprehendit: amplectitur stringit: ⁊ tenet dicens. Tenui eum nec dimittam. Puritas itaq; via est regia: per quam ad sponsi amplexus: per quam tandem ad patriam peruenitur. Per hanc veri israelite de virtute in virtutem: donec videant deum deorũ in syon: desideri gressu indeclinabili gradiantur: christum super omnia diligant: nihil eius amori preponãt inuia: quoniã habitari sunt mercedẽ in patria. Et nunc ego qui licet admodum imperfectus ⁊ rudis: per obedientiam tamẽ: erudiendis simplicibus: aliqua hic cõgessi documenta: pulchrum depingens hominem picto: fedus: eos suplex per dominum obsecro: vt me sibi ⁊ si minus proficuum: si benuolum attendentes: in orationibus suis mei meminerint peccatoris: quatenus orationibus eis: morum veniam criminũq; assecutus: impotentias domini vna cum eis merear introire: ipso miserico: diarum domino id prestante: cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Incipit libellus pulcher ⁊ valde vtilis: sancti Bonauẽture cardinalis: ac doctoris eximij: ordinis minorum: qui vocatur Itinerarium in seipsum.

c

Lce descripsi tibi tripliciter. Prouer. xxij. Quom omnis scientia gerat trinitatis insigne maxime illa que docetur in sacra scriptura debet representare vestigium trinitatis propter quod dicit sapiens se eam tripliciter descripsisse propter ipsius triplicem intellectum spiritua-

lem.s. moralem:allegoricum:ꝛ anagogicũ. Hic autem intellectus respondit triplici actui yerachico.s.purgationi:illuminationi ꝛ perfectioni. Purgatio autem ad pacem:illuminatio ad veritatez:perfectio ad charitatem. Quibus perfecte adeptis anima beatificatur:ꝛ secunduz ꝙ circa h̃ versatur suscipit meriti incrementum. Sciendum est igitur ꝙ triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam scilicet meditando:orando:ꝛ contemplando. In horum igitur trium cognitione pendet tota sacre scripture sententia:ꝛ meritum vite eterne. Hunc igitur primum meditationis formam breuiter libet inspicere. Sciendum est igitur ꝙ tria intra nos sunt secundum quorum vsum in hac triplici via exercemur:scilicet stimulus conscientie: radius intelligentie:igniculus sapientie. Si vis ergo purgari verte te ad stimulum conscientie. Si vis illuminari ad radium intelligentie. Si perfici ad igniculum sapientie: secũdum consilium beati Dionisij in epistola ad Thimoteum vbi hortatur eum dicens. Uerte te ad radium. Ad stimulum autem conscientie debet homo exercere se ipsum hoc modo scilicet ꝙ primo seipsum exasperet. Secundo exacuat. Tertio dirigat. Nam exasperandus est animus in recordatione peccati. Exacuendus in circõspectione sui. Rectificandus vel dirigendus in consideratione boni. Peccati autem recogitatio debet esse per hunc modum vt seipsum arguat animus de multiplici negligentia:concupiscentia:ꝛ nequitia. Fere omnia peccata ꝛ mala nostra siue contracta siue acta reduci possunt ad hec tria. ¶ Circa negligentiam autem attendendum est ꝙ primo debet quis recogitare si in se fuerit negligentia cordis custodiendi:temporis expendendi:finis intendendi. Hec enim tria cum summa diligentia obseruanda sunt:scilicet ꝙ cor bene custodiatur:tempus vtiliter expendatur:ꝛ finis debitus in omni opere prefigatur. ¶ Secundo debet recogitare si fuit negligentia in oratione:in lectione ꝛ boni operis exequutiõe. Quoniam in his tribus debet diligentissime se exercere:qui vult fructum bonum dare in opere suo:ita ꝙ vnum horum non sufficit sine alio. ¶ Tertio debet cogitare si fuerit negligens ad penitenduz resistendum:proficiendum. Debet enim vnusquisqz cum summa diligentia deflere mala commissa repellere diabolica :tentamenta:ꝛ proficere de vna virtute in aliam vt sic possit peruenire ad terram promissam. Circa concupiscentiam debet recogitare quis si in se viuat: vel virit concupiscentia:voluptatis: vanitatis: curiositatis: que sunt radices omnis mali. ¶ Primo recogitanda est concupiscentia voluptatis que tunc viuit in homine ſi in ipso est appetitus dulcium:mollium:carnalium: hoc est si querat cibaria saporosa: vestimẽta delitiosa:oblectamenta luxuriose:que omnia non solum reprehensibile est appetere cuz consensu:sed etiam in primo motu debent fugere. ¶ Secundo est recogitanda concupiscentia vãitatis:que tunc viuit vel virit in hominem quom in eo fuerit appetitus fauoris:laudis:honoris:que omnia vana sunt ꝛ reddunt hominem vanum.ꝛ ita fugienda sunt sicut concupiscentia mulieruz. ¶ Tertio recogitanda est concupiscentia curiositatis:si viuit vel virit in homine: hec autem reprehenditur cum quis appetit scire occulta: videre pulchra: habere chara. In omnibus enim his est vitium auaritie:ꝛ curiositatis multuz reprehensibile. ¶ Circa nequitiam autem debet recogitare quis si in se vigeat vel viguerit: aut iracundia: aut inuidia:vel accidia: que omnia faciũt hoĩez nequã. ¶ Primo recogitãda é negtia iracũdie q̃ ꝓfitit i aio in signo:in v̂bo. ¶ Secũdo recogitãda ẽ

negtia inuidie q̄ in aliena ꝓspitate tabescit. in aliena aduersitate illarescit. in aliena mē dicitate refrigescit. ¶ Tertio recogitanda est nequitia accidie ex qua oriuntur: Suspitiones male: cogitationes: blasphemie: detractiones maligne. Omnis autem talis malitia admodum detestanda est. Ex hac trifaria recordatione sic triplicata debet exasperari stimulus conscientie ⁊ amaricari anima in corde vel in affectu. In facie vel in affectu: in clamore vel in effectu.

v Also qualiter exasperari debet stimulus conscientie in recordatione peccati. videndum est qualiter exacuendus sit in circōspectione sui. Tria autem debet homo circa se considerare. s. diez mortis imminentem: sanguinem crucis recentem: faciem iudicis presentem. In his autē tribus accuitur stimulus conscientie contra omne malum. ¶ Primo enim accuit diez considerat diem mortis quonam est interminabilis: ineuitabilis: irrenocabilis. que qui diligenter considerat diligentissime laborabit: vt quom tēpus habet purgetur ab omni negligentia: concupiscentia: ⁊ nequitia. Quis enim remanebit in culpa q certus non est de die crastina. ¶ Secundo accuitur dum considerat sanguinem christi effusum pro humano corde excitando: abluendo: mollificando: pro humana morte viuificanda: immunditia abluenda: aridi tate fecundāda. Quis igitur talz hebes erit vt permittat in se dñari vitium vel culpaz negligentie: concupiscētie vel nequitie: qui cogitat se perfusum illo precioso sanguine. ¶ Tertio accuitur dum cogitat vel considerat faciem iudicis quoniam est infallibilis: infugibilis: inflexibilis. Nullus enim fallere potest sapientiam: flectere iustitiam fugere vindictam: dum: ergo nullum bonum irremuneratum: nullum malum impunitum sit: quis est qui non accusatus sit contra omne malum si h̄ considerat.

p Ost h̄ considerandum ē quō ⁊ qualiter stimulus conscientie sit retificandus in consideratione boni. Tria autem sunt bona ꝑmeditāda in quoz acq̄sitiōe retificatur stimulus cōscientie. s. strenuitas cōtra negligētiā: feueritas contra ꝯcupiscētiā: benignitas contra nequitiam. In his ātribus habet bona ⁊ recta conscientia. Et h̄ est qđ dicit Abdeas prophete. Judicatibi homo quid sit bonum: aut quid dominus requirat a te: vtiqz facere iudicium ⁊ diligere misericordiā: ⁊ solicitum ambulare cum deo tuo ⁊c. vbi tangūt ista tria. Similiter ⁊ dominus hic eadē in Luca. Sint lumbi vestri precincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris ⁊c. ¶ Primo igitur inchoandum est a strenuitate: que viā prebet alijs. Liceat eam sic describere. Strenuitas est quidam vigor animi excutiens omnem negligentiam ⁊ habilitans animi ad faciendum opera diuina: ⁊ h̄ vigilāter: confidenter: fleganter. Hec est que prebet viam ad omnia bona sequentia. Deinde sequitur feueritas: que est quidaz rigor mētis restringens omnem concupiscentiaz: ⁊ habilitās animam ad amorem paupertatis: asperitatis: ⁊ vilitatis. ¶ Tertio sequitur benignitas que est quidam dulcor animē excludens omnem nequitiam ⁊ habilitans ipsam animam ad benivolentiam: tolerantiam: ⁊ internam letitiam: ⁊ hic é terminus purgationis secundum viam meditationis. Nam omnis conscientia monda leta est ⁊ iocunda. Qui vult ergo purgari veniat se modo predicto ad stimulum conscientie. In predicta tamen exercitatione a quolibet premissorum potest inchoari nostra meditatio. Transeundum est autem de vno in aliud: ⁊ tā diu immorandū donec tranquillitas ⁊ serenitas percipiat. Ex qua oritur spiritualis iocunditas: qua adepta prōptus est animus: vt sursuz tendat. Incipit ergo in via a stimulo ꝓscientie

ꝛ terminatur ad effectum spiritualis letitie: ꝛ exercitatur in dolore: sed consumatur in amore.

Secundo loco post viam purgatiuam: sequitur illuminatiua in qua debet homo exercere ad radium intelligentie hoc ordine. Nam iste radius primo est protendendus ad mala dimissa. ¶ Secundo diffundēdus ad bona cōmissa. ¶ Tertio inferendus ad premia promissa. Proté dit autem radius intelligentie dum solicite pensantur mala que dominus indulsit: que tot sunt quot sunt mala que cōmisimus Et tam magna quantis malis eramus astricti: ꝛ quantis bonis digni priuari: ꝛ hoc meditando satis patet ex precedenti: nec soluz h attendendum est: sed etiam considerandu in quantis malis incidissemus si dominus permisisset: ꝛ hoc quom diligenter pensantur per radium intelligentie nostre tenebre illuminantur: ꝛ talis illuminatio debet esse coniuncta gratitudini affectionis. Alioqn non est illuminatio. Alia vero est illuminatio celestis: ad cuius splendorem sequi videmus calorem: vnde h gratie agende sunt pro dimissione malorum commissorum ꝛ possibilium cōmitti necessitate infirmitatis ꝛ voluntatis peruersitate. ¶ Secundo videndum est qualiter iste radius intelligentie fit dilatandus in consideratione beneficiorum commissorum que quidem sunt in triplici genere. Quedam enim sunt spectāda ad complementum vere. Quedaz ad adiutoriū gratie. Quedam ad donum superhabundantie. Ad complementum autem nature spectant que dedit ex parte corporis. s. membrorum integritatem: complexionis sanitatem: sexus nobilitatez. Ex parte sensus dedit: auditum acutum: sermoné directum: visum perspicuum. Ex parte anime dedit ingenium clarum: iudiciuz rectū animum bonum. Ad adiutoriuz gratie spectant que dedit primo. s. graciam baptismalem qua deleuit culpam: restituit innocentiam: contulit iustitiam: que dignum facit vita eterna. ¶ Secundo quia dedit gratiā spiritualem quantum ad animi voluntatez Temporis oportunitatem: religionis sublimitatem. ¶ Tertio quia dedit gratiam sacerdotalem per quam te fecit dispensatorē doctrine: dispensatorem indulgentie: dispēsatorem eucaristie. In quibus omnibus secundum plus ꝛ minus dispensantur verba vite. Ad donum autem superhabundātie spectat quod dedit primo totum vniuersum. s. inferiora ad seruitium: paria ad meritum: superiora ad patrocinium. ¶ Secūdo quia dedit filium suuz in fratrem ꝛ amicum: ꝛ in precium ꝛ in premium: primum in incarnatione: secundum in passione: tertium in consecratione. ¶ Tertio qꝫ dedit spiritumsanctum. In signaculum acceptationis. In priuilegium adoptionis. In anulum desponsationis. Fecit enim animam christianam suam amicam: suam sponsam: suam filiam. Hec omnia mira sunt ꝛ inextimabilia: ꝛ in talium meditatione admodū anima debet esse deo grata. ¶ Ultimo circa viam illuminantem videndum est qualiter iste radius intelligentie per meditationem sic reflectendus: vt ad fontem omnis boni reflectatur vel reuertatur cogitando premia promissa. Considerandus est ergo sollicite ꝛ frequenter pensandum est qꝫ deus qui non mentitur credentibus ꝛ diligentibus se, promisit. Amotionem omnium malorum: assecutionem omnium bonorum: impletionem omnium desideriorum. Et h in se qui est finis omnium bonorum ꝛ fons: quod est tantum bonum qꝫ excedit omnem petitionem desiderium ꝛ extimationem. Et nos dignos reputat tanto bono: si diligimus ꝛ appetimus ipsum super omnia ꝛ propter se. Et ideo cum omni desiderio ꝛ affectu ꝛ be-

nimo lentia debemus in ipsum intẽdere.

Postremo sequitur qualiter debemus exercere nos ad ignicu
p tum sapientie. ℔ autem faciendum est ℔ ordine: quia iste igniculus primo est congregãndus secundo est inflamandus. tertio est subleuandus. Congregatur autem per reductionem affectionis ab omni amore creature: a cuius quidem amore debet affectus reuocari: quia amor creature non proficit: ⁊ si proficit non reficit: ⁊ si reficit non sufficit: ⁊ ideo omnis talis amor ab eiusdem affectu debet elongari. ¶ Secundo inflammandus est ⁊ hoc in conuersione affectionis super amore sponsi. Et hoc fit vel comparando ipsum amorem ad seipsum vel ad affectum superiorum ciuium: vel ad ipsum sponsum. Tunc autem ℔ facit quando attendit q̃ per amorem eius suppleri potest omnis indigentia quom habentur in eo omnis boni habundantia. Est enim in his bonis omnis boni habundantia: ⁊ breuiter ipsius summe desiderabilis presentia. Hec enim sunt que affectum inflammant. ¶ Tertio subleuandus est iste igniculus ⁊ ℔ supra omne sensibile: imaginabile ⁊ intelligibile ℔ ordine: vt homo immediate de ipso que optat perfecte diligere premeditando dicat q̃ ille quem desiderat non est sibi visibilis non est audibilis: non est adorabilis: non est gustabilis: non est tãgibilis. Et ideo nõ est sensibilis sed totus desiderabilis. ¶ Secundo cogitet q̃ non est imaginabilis: quia nõ est terminabilis: non est figurabilis: non est circũscriptibilis: non est numerabilis: non est commutabilis: ⁊ ideo non imaginabilis sed totus desiderabilis. ¶ Tertio, cogitet q̃ non est intelligibilis eo qõ non est demonstrabilis non est diffinibilis: non est opinabilis: non est extimabilis: non est inuestigabilis. Ideo non est intelligibilis sed totus desiderabilis. Ex his ergo patet qualiter ad sapientiam sacre scripture peruenitur meditando circa viam purgatiuam: illuminatiuam: ⁊ perfectiuam: ⁊ non solum sacre scripture continentia: immo etiam omnis meditatio nostra versari debet circa ista. Nam ois meditatio sapientis: aut est circa opera humana cogitanda. s. quid homo fecerit: quid facere debeat: que sit ratio mouens: aut circa opera diuina cogitanda. s. quanta deus compromiserit homini: qui omnia propter hominem fecit quanta dimiserit: ⁊ quanta promiserit. Et in his claudũtur opera creationis: reparationis: ⁊ glorificationis: aut circa vtrorũq; pricipia: que sunt. s. deus ⁊ anima qualiter sunt inuicem copulanda. ⁊ hic stare debet omnis meditatio nostra: q̃ hic est finis omnis cognitionis ⁊ operationis: ⁊ est sapientia vera: in qua est cognitio per veram experientiam. In huiusmodi autem meditatione tota anima debet esse intenta: ⁊ hoc secundum omnes vires suas. s. secundum rationez: sinderesim: ⁊ conscientiam: ⁊ voluntatem. Nam in huiusmodi meditatione. Ratio concertando affert propositionem sinderesis sententiando profert diffinitionem: conscientia testificando infert conclusionem. Voluntas preeligendo defert solutionem. verbi gratia. Siquis velit meditari circa viam purgatiuam. Ratio quare debet: quid debet fieri de homine qui templum dei violauit. Sinderesis respondet: q̃ aut debet dispergi aut lamentis penitẽtie purgari. Conscientia asserit: tu es ille: ergo te oportet aut dãnari aut penitentie stimulus affligi. Voluntas preeligit. s. quia timet damnationes eternam assumit penitentie lamenta voluntarie iuxta hunc modum etiam in alijs intelligendum est.

Postquaz diximus qualiter ad
p sapientiam peruenitur medi-
tando: dicenduz est qualiter ad
ipsam puenit orando. Sciendū é
q in oratione sunt tres partes siue gradus.
Primus est deploratio miserie. Secūdus
est imploratio misericordie. Tertius é exhi
bitio latrie. Latrie enim cultum exhibere
deo non possumus nisi ab ipso gratiam as
sequamur. Misericordiam autem dei ad
obtinendam gratiam non possumus flectere
nisi per deplorationem ⁊ expositionez no
stre miserie ⁊ indigentie. Nam omnis per
fecta oratio debet habere istas tres par-
tes. non enim sufficit vna sine alia: nec du-
cit ad metam perfectam: ⁊ ideo hec tria
semper sunt coniungenda. Deploratio au
tem miserie circa quamcunqz viam de-
bet habere dolorem: pudorem: timorem:
Dolorem propter damnum siue incom-
modum. Pudorem propter opprobrium
siue inhonestum. Timorem propter peri-
culum siue reatum. Ex memoria enim pre
teritorum oritur dolor: dum recordatur
quid omisit: quia precepta iustitie: quid co
misit: quia prohibita culpe: quid amisit q
gratuita vite. Ex intelligentia presentium
oritur pudor dum attendit vbi sit: quia lon
ge in imo que fuerat prope in summo: qua-
lis sit: quia feda in luto que fuerat pulchra
imago. Quid facit: quia seruit inferio-
que fuerat libera prius. Ex prouidentia fu
turorum oritur timor: dum precogitat quo
tendit: quia pene sunt gressus eius. Quid
occurrit: quia iudicium ineuitabile. iustum
tamen. Quid assequitur: quia stipendium
mortis eterne: Imploratio misericordie cir
ca quamcunqz gratiam inuocetur: debet es
se cum affluentia desiderij: quaz habemus
a spiritu sancto qui postulat pro nobis ge-
mitibus inenarrabilibus. Item debet esse
cum fiducia spei quam habemus a chri
sto: qui mortuus est pro nobis omnibus.
Item debet esse cum diligentia implora-
di subsidium: quod querimus a sanctis ⁊
beatis omnibus. Primum ergo habe-
mus a spiritu sancto: quia per ipsum a pa
tre ⁊ filio predestinati sumus eternaliter.
Renati in baptismo spiritualiter. congre-
gati in ecclesia vnaniniter. ¶ Secundum
habemus a christo qui pro nobis obtu-
lit se in cruce in terra apparet vultui dei
in celo in gloria: offertur in sacrificio quo
tidie a matre ecclesia. ¶ Tertium. hémus
a sanctorum consortio scilicet ab angelorum
ministrantium patrocinijs: a beatorum tri
umphantium suffragijs: a iustorum mili-
tantium meritis. Et quando hec tria pre-
dicta concurrunt imploratur efficaciter di
uina misericordia: exhibitio latrie ex qua-
cunqz gratia deus colatur debet habere
tria scilicet cordis incuruationem: dilatatio
nem: eleuationem. ¶ Primuz enim ob
gratiam impetrandam cor nostrum debet
incuruari ad dei reuerentiam ⁊ honorem.
¶ Secundo debet dilatari ad beniuolen-
tiam ⁊ gratiarum actionem. ¶ Tertio de
bet eleuari ad complacentiam ⁊ mutuam
alloquutionem que est sponsi ⁊ spōse: pro
ut docet spiritussanctus in canticis: in qua
si recto ordine procedatur mira est exulta-
tio ⁊ iubilatio adeo vt ducat animam in ex
cessum: ⁊ faciat dicere. Bonuz est nos hic
esse: ⁊ h debet oratio nostra terminari.
Nec ante debet desistere donec ingre-
diatur tabernaculi locuz admirabilis vsqz
ad domum dei: vbi in voce exultationis
⁊ sonus epulantis: vt incurueris ad reue-
rentiam admirare immensitatem diuinam
⁊ intuere modicitatem tuam: vt dilateris
ad beniuolentiam attende diuinam be-
nignitatem: ⁊ vide iniquitatem tuam:
vt eleueris ad complacentiam: recogita
charitatem diuinam: ⁊ coonsidera tepi-
ditatem tuam: vt ex hac collatione in
excessum peruenias mentis. Sciendum

est autem q̄ reuerentiam exhibere debemus deo tripliciter. Primo sicut patri a quo sum⁹. Formati. Reformati. Educati. Secundo sicut domino a quo sumus eruti de carcere inferni. Redempti de ore inimici: Conducti in itinera domini: vel itinera paradisi. Tertio sicut iudici coram quo sumus accusati: convicti: cōfessi: accusat damor conscientie: convincit euidentia vite. Confitetur aspectus diuine sapientie: vnde debet contra nos sentētia proferri. Prima quidem reuerentia debet esse magna. Secunda maior. Tertia maxima: vnde prima debet esse admodum inclinationis. secunda admodum genuflectionis. tertia ad modum prostrationis. In prima nos subijcimus. In secūda dejcimus. In tertia abijcimus. in prima nos paruos. in secunda minimos. in tertia nullos reputamus: benivolentiam autem simili modo debemus exsoluere. s. magnam maiorem ⁊ maximam. magnam considerationem nostre indignitatis. Maiorem considerationem magnitudinis gratie nobis facte. Maximam considerationem immensitatis diuine misericordie: siue ꝓmissionis nobis facte. vel magnaz pro commissis. Maiorem pro dimissis maximam pro promissis. vel magnam pro complementis nature. Maiorem pro indimentis: gratie. Maximam pro donis superhabundantie. in prima cor dilatatur. in secunda aperitur. in tertia effunditur: siue extenditur: secundum illud. Effunde sicut aqua cor tuum ⁊c. Complacentiam etiam triplici modo deo debemus exsoluere primo vt sic acceptetur complacentia nostra ad deum: vt vnicuiq; placeat q̄ solus deus placet sibi. secundo vt ꝺ placeat sibi: q̄ ipse placeat soli deo. tertio vt complaceat ei q̄ in hac complacentia communicent ceteri. prima est magna. secunda maior. tertia maxima. in prima est amor gratuitus. in secunda est amor debitus. in tertia est amor in vtroq; permixtus. in prima crucifigitur mundus homini. in secūda crucifigitur homo mundo. in tertia crucifigitur homo ꝓ mundo: vt pro omnibus velit mori: vt ⁊ ipsi placeāt deo. Et hic status est gradus charitatis perfecte: ante cuius assequutionem: nemo debet se extimare perfectum. Tunc autem hanc assequitur perfectionem: quādo quis inuenit se non solum voluntariu: sed etiam auidissimum ad moriendum pro salute proximorum: secundum q̄ paulus docebat. Ego libentissime impendaz ⁊ superimpendam meipsuz pro animabus vestris. Ad hanc autem perfectionem non peruenitur: nisi primo perueniatur ad perfectaz dilectionem dei: propter quam diligitur proximus qui non est amabilis: nisi propter deum. Et propterea ad intelligendum profectum in dilectione dei sciendum est q̄ sex sunt gradus quibus paulatim ⁊ ordinate proceditur: vt ad profectum veniatur. Primus gradus est suauitas: vt homo adiscat gustare q̄z suauis est dominus. Et hoc quidem fit vacando ⁊ sabatizādo ei per sanctas meditationes. Quoniam secundum q̄ dicitur in ꝑs. Reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Quod quidem fit: quando meditationes: circa amorez dei pariunt suauitatez in corde. Secundus gradus est auiditas. s. quando anima assuescere cepit circa illam suauitatem ⁊ nascitur in ea tanta sitis: vt nihil possit eam reficere: nisi eum quem amat perfecte possideat q̄ quia in presenti non potest attingere: quia longe est cōtinue excedit ⁊ egreditur extra se per amorem ⁊ exultat clamans ⁊ dicens. Sicut desiderium desiderat anima: ⁊ mortem offa: qui sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Job desperauit nequaq̄z iam vltra viuam. Tertius gradus est saturitatis que oritur

ex ipsa auiditate: quia enim vehementer deum desiderat ⁊ sursum fertur iaz omne qd deorsum tenet vertitur in fastidium: vnde quasi saturaturus non potest reffectionem inuenire in aliquo circa ipsum dilectum: vnde sicut saturatus si cibum sumat potius abhominationem q̄z refectionem incurrit: sic in hoc gradu charitatis: facit anima circa omne terrenum. Quartus gradus est ebrietas: que oritur ex saturitate. Ebrietas aut hec in hoc consistit qd quis tāto amore diligat deum: vt iam non solum fastidiat solatium: sed etiam delectatur: ⁊ querat tormentum pro solatio. Et amore illius quem diligit etiam delectatur in penis obprobriis ⁊ flagellis: sicut ait apostolus: vnde sicut ebrius se ipsum denudat sine pudore: ⁊ sustinet plagas sine dolore. Sic intelligendum est illud actuum apostolorum Ibant apostoli gaudētes ⁊c. Quintus gradus est securitas que oritur ex ebrietate. Ex hoc enim qd anima sentit se taz diligere deum: qd libenter propter ipsuz sustineret omne damnum ⁊ omne incōmodum ⁊ obprobrium: iam foras mittitur timor ⁊ tantum concipit anima spē de adiutorio diuino: vt nullo modo extimet se posse separari adeo Sextus gradus est vera ⁊ plena tranquilitas in qua est tanta pax ⁊ requies. vt anima quodammodo sit in silentio ⁊ in somno: ⁊ quasi in archa noe collocata: vbi nullo modo perturbatur. Quis enim potest perturbare mentem quam tullius cupiditatis stimulus inquietatur. Nullius timoris aculeus exagitatur. Itez in tali mente pax est ⁊ status vltimus vel optimus: ⁊ quies perfecta: vbi requiescit salomon ver⁹: quoniam in pace factus est locus eius. Et ideo conuenienter isti gradus signantur per illos sex gradus quibus ascendebatur ad thronum Salomonis. Et propterea in canticis canticorum dicitur. Ascensuz fecit pur

pureum media charitate constrauit propter filias hierusalem: quia impossibile est ad istam tranquillitatez pertingere nisi per charitatem. Qua acquisita facillimum est homini facere omne quid perfectionis: siue agere: siue pati: siue viuere: siue mori. Studendum est igitur ad proficiendum in charitate quum profectus eius inducat perfectionem omnium bonorum.

p Ostq̄z diximus qualiter ad sapientiam ⁊ meditationem per orationem nos exercere debemus. Nunc breuiter tangenduz est qualiter nos exercere debemus per contemplationem: per quam transit mens nostra in hierusalem supernaz ad cuius instar est ecclesia formata. Secundum illud exodi. Fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Necesse est igitur conformare ecclesiam militantem: ecclesie triumphanti ⁊ merita premiis: ⁊ viatores beatis: secundum qd possibile est. In gloria autem est triplex domus: in qua consistit perfectio premij. primo. s. sūme pacis eternalis saporādo: veritatis purissime manifestatio charitatis ⁊ bonitatis plena delectatio ⁊ fruitio. Et secunduz hoc distinguitur triplex ordo in suppréma hierarchia. s. tronorum cherubin ⁊ seraphin. Necesse est igitur vt qui vult ad illam beatitudinem permerita peruenire: istoruz trium similitudinem in via secundum qd possibile est studeat comparare: vt. s. habeat Saporem pacis. Splendorem veritatis. Bulcorem charitatis. In his enim tribus requiescit ipse dominus tanq̄z in proprio solio. Necesse est igitur ad vnum quandoq̄z trium predictorum meorum per tres gradus ascendere. secundum triplicé viam. s. Purgatiuam: illuminatiuaz: ⁊ perfectiuā. Quarum prima consistit vt expulsioni peccati. Secunda cōsistit in inuitatione xp̄i. Tertia

consistit in susceptione sponsi. ita vt quelibet habeat suos gradus per quos incipit ab imo ⁊ tendit vsq; ad summu: gradus enī perueniendi ad saporem pacis sunt isti. vij. Nam primo occurrit pudor in recordatione flagitij ⁊ hoc quantum ad quattuor. s. Magnitudinem: multitudinem: turpitudinem: ingratitudinem. Secundo occurrit timor in circunspectione iuditij quadruplicis. s. Dissipationis operis. Excecationis rationis. Obdurationis: voluntatis: cōdemnationis finalis. Tertio concurrit dolor inextimatione damni. Et hoc secundu quattuor. s. quantum ad amissionem diuine amicitie. Perditionem innocentie: vulnerationem nature. Discepationē vite preterite. Quarto occurrit clamor in imploratione subsidij quadruplicis. s. Dei patris virginis matris. Christi redemptoris: Ecclesie triumphantis. Quinto occurrit vigor: in extinctione incentiui quadruplicis. s. Ariditatis que est desidia: Peruersitatis que est malitia. Vanitatis que ē superbia. Voluptatis que est concupiscentia. Sexto occurrit ardor: in appetitione martirij. Et hoc propter quattuor. s. propter perfectionē purgationis macule: propter perfectionem satisfactionis pene: propter perfectionem sanctificationis concupiscentie. Septimo occurrit sapor in obumbratione christi vbi status est ⁊ requies. vnde homo sentit se vmbra alarum diuinarum protegi: vt non iratus ardore concupiscentie: nec timor pene: ad quod non potest peruenire: nisi per appetitum martirij: nec ad appetitum martirij peruenire potest: nisi extinxerit inutile incentiuum: Nec ad hoc: nisi prius imploret subsidium: nec ad hoc nisi deploret damnum suum: nec ad hoc nisi timeat iuditiū: nec ad hoc nisi recordetur: ⁊ erubescat flagitium suum. Qui vult ergo habere pacis saporem procedat per assignatum ordinem: Gradus autem perueniendi ad splendorem veritatis ad peruenitur per imitationez christi sunt hij vij. Ascensus rationis: affectus compassionis: aspectus admirationis. Excessus deuotionis: amictus assimilationis: amplexus crucis. Intuitus veritatis. Primo cōsidera quis est qui patitur ⁊ eidem subdere per rationis assensu: vt credas firmissime veraciter esse dei filium eternum. Omnium rerum principium. Saluatorem hominum. Retributorem meritorum. Secundo considera qualis est qui patitur ⁊ ei coniungere per compassionis affectum. vt compatiaris innocētissimo: mitissimo: nobilissimo: ⁊ amantissimo. Tertio considera quantus est qui patitur ⁊ ad ipsum egredere per admirationis aspectu: attendendo q̄ immensus est. Potestate: speciositate: felicitate: ⁊ eternitate: admirare igitur hec. scilicet maiestatem ambilari: speciositatem decolorari. felicitatem tormentari: eternitatem mori. Quarto considera quare de⁹ mor̄ ⁊ teipsu obliuisce re per deuotionis affectum: siue excessum: qua passus est pro tua. s. Redemptione: illuminatione: Sanctificatione: glorificatione. Quinto considera quali forma patitur: ⁊ ipsum induere per assimilationis studiu: passus est enim libentissime respectu proximi. Seuerissime respectu sui obedientissime respectu dei: Prudentissime respectu aduersarij: Studeigitur ad habendum habitum secundum effigiem imitationis christi. s. Benignitatis ad proximum. Humilitatis ad deū. Seueritatis ad teipsum. Perspicacitatis ad diabolum. Sexto considera quanta sunt que patitur: ⁊ crucem amplectere per passionis desiderium vt sicut christus passus vincula: vt impotens omnipotentia conuicia: vt vilis beniuolentia iudi-

bria: vt stultus sapiẽtia supplicia: vt iniquus iustitia: sic ⁊ tu desideres passionem crucis dñi: hoc est compassionem plenam: In iniurijs. s. in rebus: in conuicijs. scilicet in verbis. in ludibrijs. scilicet in signis: in supplicijs. scilicet in tormentis. Septimo cõsidera quid ad hoc consequitur: ⁊ ad veritatis radium intuere per contemplationis oculum. Quoniam ex hoc qꝫ agnus passus est: septez signacula libri fuerunt aperta. liber iste est vniuersalis notitia rerum que septem erant clausa homini. Que quidem sunt per ipsius passionis efficatiam ipsi homini reserata. scilicet deus admirabilis. Spiritus intelligibilis. Mundus sensibilis. Paradisus desiderabilis: infernus horribilis: virtus laudabilis. Reatus culpabilis. Primo deus admirabilis per crucem manifestatus est: esse summe ⁊ imperscrutabilis sapientie. Summe ⁊ irreprehensibilis iustitie: Summe ⁊ admirabilis misericordie. Qui sua prudentia: decepit diabolum. Qui sua iustitia quesiuit redemptionis pretium: Qui sua misericordia pro nobis tradidit filium suum. Que supradicta si diligenter considerentur deum nobis clarissime manifestant. Secundo spiritus intelligibilis manifestatus est per crucem: secundũ triplicem differentiaz. scilicet. Quãte sit benignitatis quantum ad angelos celestes. Quante sit dignitatis: quantum ad homines. Quante sit crudelitatis: quantũ ad demones: Naz angeli permiserunt crucifigi dominum suum. Nam dei filius crucifixus est propter humanum genus. Et ad suggestionem demonum. Tertio mundus sensibilis manifestatus est per crucem: quoniam est locus in quo regnat sterilitas: quia iesum christum tanꝫ infructuosum despexit iniquitas quia deum ⁊ dominum suum amicuz ⁊ innocentem condemnauit: ⁊ interfecit. Cecitas quia lucem veram: ⁊ summam non agnouit. Quarto paradisus desiderabilis manifestatus est per crucem. Quoniam est fastigiuz totius glorie. Quoniam est spectaculum totius letitie. Quoniam est promptuarium totius opulentie. Cum deus propter illam habitationem: nobis restituendam: factus fuerit homo: vilis: miser: ⁊ pauper. In quo celsitudo admisit subiectionem: iustitia subijt reatum. Opulentia suscepit egestatem. Nam altissimus imperator accepit seruitutem, abiectiuam: vt sublimaremur in gloria. iustissimus iudex subijt reatum penalissimum: vt iustificaremur a culpa ⁊ liberaremur a miseria. Opulentissimus domus suscepit egestatem extremam: vt locupletaremur in patria. Quinto manifestatus est inferno ouibilis per crucem: quoniam est locus plenus egestate: ⁊ penuria: vilitate: ⁊ ignominia: calamitate: ⁊ miserier. Si enim necesse fuit hoc pati christum propter peccati delectionem ⁊ satisfactionem multo fortius oportebit hic pati damnatos propter iustam meritorum suorum retributionez ⁊ recompensationez. Sexto manifestata est per crucem virtus laudabilis: quantum: vt sit preciosa. Speciosa: fructuosa: preciosa: quia ante dedit christus vitam corporalem: qꝫ virtuti contraire. Speciosa quia in ipsis contumelijs relucebat. Fructuosa quia vnus vsus perfectus virtutis in cruce infernum spoliauit: celum aperuit: cetera restaurauit. Septimo per crucem manifestatus est reat⁹ culpabilis qꝫtũ sit detestabilis cũ ad sui remissionẽ idigeat. s. Naz magno pcio. Tã grandi piaculo. Tã difficili medicamẽto: intantũ vt deũ ⁊ hoiem nobilissimuz in vnitate persone: oportuerit satisfacere: pro

arrogantia qua nulla fuit elatio: per abiectissimam vilitatē: pro cupiditate qua nulla fuit auiditas: p extissimam pauptatē: pro lasciuia qua nulla fuit dissolutio: p amarissimam ⁊ acutissimam acerbitatem. Ecce igitur quoniam omnia manifestātur in cruce. Omnia enim ad hec septem possunt reduci: vnde ipsa est clauis porta: via: veritas ⁊ splendor veritatis: quā qui tollit ⁊ sequitur christum iuxta modum preassignatum non ambulat in tenebris: sed habet lumen vite. Gradus veniendi ad dulcorem charitatis sunt isti. vij. s. vigilātia solicitās: confidentia confortans: concupiscentia inflāmans: excedentia eleuans: complacentia quietans: letitia delectans: adherentia conglutinans. In quibus hoc ordine progredi debes: qui ad perfectionem charitatis attingere cupis ⁊ amoris spiritussancti. Necesse est enim vt vigilantia te solicitet propter sponsi prōptitudinem adeo vt possis dicere. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Et illud sponse in canticis. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat. Et illud propheticum. Anima mea desiderauit te in nocte. Confidentia te confortet propter sponsi tui certitudinem adeo vt possis dicere. In te domine speraui non confundar in eternū. Et illud Job. Etiam si me occiderit sperabo in eum. Et illud ps. In deo sperauit cor meum ⁊c̄. Concupiscentia te inflammet propter sponsi dulcedinem adeo vt possis dicere. Sicut cervus desiderat ad fontem aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Et illud canticorum. Fortis est vt mors dilectio. Et illud in canticis. Nunciate dilecto quia amore langueo. Excellentia te eleuet propter sponsi celsitudinem adeo vt possis dicere. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Et illud sponse in canticis. Trahe me post te. Et illud Job. Suspendium elegit anima mea: ⁊ mortem ossa mea. Complacentia te quietet propter sponsi pulchritudinem adeo vt possis dicere illud sponse in canticis. Ecce tu pulcher dilecte mi ⁊ decorus. Et illud. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi. Et etiam illud canticorum. Dilectus complacuit mihi. Et illud. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi. Letitia te delectet propter sponsi plenitudinem adeo vt possis dicere illud psal. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tue retificauerunt animā meam. Et illud. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Et illud apostoli. Repletus sum gaudio ⁊ superhabundo consolatione. Adherentia te conglutinet propter sponsi amoris fortitudinem: adeo vt possis dicere illud ps. Mihi autem adherere deo bonum est. Et illud apostoli. Quis nos separabit a charitate christi. Et illud in canticis. Inueni quem diligit anima mea. In his enim ordo est: nec est status ante vltimum: nec ad illud peruenitur nisi per gradus inter medios ⁊ mutuos intra se positos. In primo enim viget consideratio. In ceteris vero sequentibus dominatur affectio. Vigilantia enim considerat q̄z honestum: q̄z conferens ⁊ q̄z delectabile est diligere deum. ⁊ per hoc quasi nata fiducia parit concupiscentiam: ⁊ illa excedentiam quousq; perueniatur ad osculum copulam ⁊ amplexū. Ad quem nos perducat deus ⁊c̄.

p Possunt autem predicti gradus aliter ad modum compendij distingui sic: scilicet vt idem̄ concurrant vel redeant: vt primo distinguantur gradus purgationis in hunc modum. s. propter flagitium erubescere: propter iudicium contremiscere: propter damnum ingemiscere: propter subsidium clama ad deum remedium: propter aduersarium expugna incentiuum: propter brauium anhela ad martyrium:

propter vmbraculuz appropinqua ad dñi stum. Secundo gradus pertinentes ad illu minationem. s. Quis qui patitur ⁊ credés captiua est. Qua de causa patitur: ⁊ confi dens regratiare. Qualis est qui patitur: ⁊ condolens amaricare. Quali forma patit ⁊ subsequens assimilare. Quantus est qui pătitur: ⁊ obstupescens admirare. Quanta sunt que patitur ⁊ exardescens amplexa re. Quid ad hoc consequitur ⁊ intelligens cõtemplare. Tertio gradus vnitiue hoc é pertinentis ad vnionem sic ordinandaz. vz vigilantia te sollicitet propter sponsi promptitudinem. Confidentia te confortet: propter sponse certitudinem. Concupiscentia te inflamet: propter sponsi dulcedinem. Excedentia te eleuet: propter sponsi celsitudinem. Complacentia te quietet: propter spõsi pulchritudinem: letitia te delectet: ꝓpter sponsi plenitudinem. Adherentia te cõglutinet: propter amoris sponsi fortitudinem: vt anima tua semper valeat dicere domino: te quero. in te spero: te desidero. In te consurgo: te accepto. In te exulto: tibi in eternum adherebo: a te nunq̃z separabor.

Ota q̃ gradus profisciẽdi possunt alio modo distingui ſm tri n plicem differentiam triplicataz triplici yerarchie consonam. Necessaria enim sunt: cuilibet tria. s. Amaritudo: Gratitudo: Similitudo Et hoc post peccatum. Si enim homo nõ peccasset duo sufficerẽt. s. gratitudo: ⁊ similitudo. Gratitudo propter gratiam: Similitudo propter iustitiam: sed nunc necessaria est amaritudo propter medicinam peccata enim per delectationez perpetrata deleri non possunt nisi interueniat contritio afflictiua. In amaritudine debet cẽ. Ꝑderatio malorum ⁊ ꝫ per propias nequicias. Ꝑturitio dolorum: propter dñi angustias. Ꝑostulatio remediorum ꝓpter proximorum miserias. in ingratitudine debet esse. Annumeratio beneficiorum propter creationem de nihilo ad dei ymaginẽ Anihilatio meritorum: propter reparationem de peccato per proprium sanguinem. Actio gratiarum per ereptionem de inferno ad celi altitudinem. In similitudine debet esse. Aspectus veritatis elleuatus ad superiora. Affectus caritatis dillatatus ad exteriora. Actus virilitatis coadunatus ad interiora: vt sic fiat. In similitudine debet cẽ erectio supra te per aspectum veritatis. s. per contemplationem diuinarum. Intelligentia per circonspectionem vniuersorum scientia per captiuationem iuditiorum fides. Item vt sic fiat extensio circa te per affectum charitatis. s. per appetitum deliciarum celestium sapientia. per amplexum animarum rationabilium amicitia. Ꝑer contemptum deliciarum: vel concupiscentiarum carnalium modestia. Item vt sic fiat exinanitio intra se per actum virilitatis. s. per aggressum difficiliuz strenuitate. Ꝑer actionem laudabilium magnanimitate: per complexum humilium humilitate in amaritudine. In qua est purgatio: debent esse tria. s. Contritio respectu sui dolorosa per tristiciam propter mala ꝓmentia teipsum dñm ⁊ proximum. Compassio respectu dñi timorosa per reuerentiam: propter iudicia latentia: quantum ad te dñm: ⁊ proximum. Ꝑostulatio respectu proximi clamorosa: per confidentiam propter patrocinia: per deum: per dñm: per sanctorum consortium. In similitudine est illuminatio in quam debent esse tria. s. Aspectus veritatis erectus ad incõprehensibilia misteria creatricis essentie. Aspectus veritatis expansus ad intelligibilia documenta prophetie fidei dñiane. Aspectus veritatis exinanitus ad credibilia. s. sacramenta fidei dñiane. Aspectus charitatis. Errectus ad deum. Extensus ad proximum. Exinanitus ad dñm. Actus virilitatis. Errectus ad cõmendabilia. Extẽsus ad cõmunicabilia. Exinanit⁹

ad contemptibilia. In gratitudine in qua é perfectio debent esse hec tria. s. vigilantia exurgens ad canticum propter beneficioꝝ vtilitatem. leticia exultans ad iubilum propter donorum preciositatem. Beniuolétia extendés ad amplexū pp dantis liberalitatem: vnde canticoꝝ vltimo. Que est ista q̄ ascendit de deserto deliciis afflués inixa su per dilectū suū. Amaritudo in qua memor penitétie p offensa dei dolorosus pp malū psens. Memor demétie p miseria primi timorosus pp periculum iminés. Memor indigentie p abstinentia boni: clamorosus pp patrocinii abstinens. Similitudo i qua est aspectus veritatis cōpassus p fidé: p rōnem t p admirationem respectu vniuersi. Affectus charitatis extenuatus p oronē: p obliuioné: per vnioné sui respectu christi. Actus virilitatis: elcuatus p largitaté: humilitaté: t magnanimitatem respectu dei. Gratitudo in qua Memoria euigilans ad beneficia numeranda. Leticia exultans ad cantica exhibenda. Beniuolentia extuans ad oscula geminánda. Notandum est aūt q̄ aspectus veritatis debet esse errectus ad i comprehensibilia t ꝑ sunt misteria trinitatis ad que errigitur contemplando illa dupliciter. s. l. per positionem ꝑm augu. vel p abnegationem ꝑm dionisium. Per positionem sic in diuinis omne intelligitur. Quedam vt cōmunia: quedam vt propria. quedam vt appropriata: que quasi sunt media inter ꝺ t illa. intellige igitur contemplare si potes cōmunia circa deū t cognosce: q̄m deus est. Essentia prima. Natura pfecta: vita beata. Que necessariam habent conuenientiam. Rursus attende t vide si potes quoniā si deus est. Eternitas presens. Simplicitas replens. Stabilitas mouēs. Que similiter conuenientiam t ꝓnexionem habent naturalez. Postremo attende: q̄m deus est. Lux inaccessibilis. Mens inuariabilis. Par incōprehensibilis. Que nō tm̄ essentie vnitaté: sed ét includūt pfectissimā trinitatem. Lux quidez tanq̄ꝫ parens generat splendorem. Splendor autem t lux producunt calorez. Itaq̄ ab vtroq̄ ꝓcedit calor: sed nō per modum prolis. Si ergo deus vere lux est inaccessibilis: vbi vere calor t splendor: t substantia: t ipostasis vere in deo é: pater: t filiꝰ: t spiritꝰ. s. Que sunt propria diuinarum personarū. Mens enim tanq̄ꝫ principium productiuuz: producit se t ꝓcipit verbum a quibus manat amoris donum. Et ꝺ est in omni mente perfecta reperire. Si ergo deus mens inuariabilis: planum est q̄ in diuino esse est. Prima pium primū verbū eternū. Bonū pfectissimum. Que sunt ppria diuinaruz personarum. Par ét includit nexuz plurium. Perfecte aūt necti non possunt nisi similes: similes esse non possunt nisi ambo astricti eodē modo. Necesse é igitur: q̄ si in diuinis est vere par in sit. Prima origo eius ymago vtriusq̄ ꝓnexio. Deinde indiuinis sunt appropriata: ꝑm triplicem differentiam prima patri vnitas: q̄ origo: veritas filio qui ymago. Bonitas spiritui sancto: q̄ ꝓnexio. Secūda appropriata sunt. Potestas patri q̄ principium. Sapientia filio q̄ verbum. voluntas spiritui sancto: q̄ donum. Tertia appropriata: vel differentia appropriatorum est. Altitudo: pulchritudo: dulcedo: altitudo patri propter vnitatez t potestatem. Nihil enim aliud est altitudo q̄ꝫ singularis t vnica potestas. Pulchritudo filio propter veritatem: t sapientiam. Nam sapientia est in multitudine ydearum: veritas autem equalitatem includit: pulchritudo autem nihil aliud est q̄ꝫ equalitas numerosa. Dulcedo spiritui sancto propter voluntatem t bonitatem vbi enim est suma bonitas iuncta cū voluntate ibi est sūma charitas t sūma dulcedo t ideo in his est altitudo terribilis. Pulchritudo numerabilis. Dulcedo desiderabilis. Hec enim est erectio ꝑm viam affirmationis. Sed alia est eminentior. s. per viam negationis: quoniam vt dicit dionisius.

Affirmationes incompacte sunt: negationes vero licet minus dicere videant: tamen plus dicunt. Et hic modus errectionis est modus per abnegationem omnium. Ita q̄ in negationibus illis fit ordo incipiendo ab inferioribus vsq; ad superiora. Fit etiam supereminentis positionis conclusio: vt cum dicitur. Deus non est quid sensibile: sed super sensibile: nec ymaginabile: nec intelligibile: nec existens: sed super hec omnia. Et tunc fertur in mentis caliginem: & altius elevatur: & profundius ingreditur p̄o eo q̄ excedit se & omne creatum. Et hic est nobilior se elevandi modus. Sed tamen ad hoc vt sit perfectus p̄exigit alium: sicut perfectio illuminationem: & sicut negatio affirmationem. Hic etiam modus ascendendi: tanto est vigorosior: quanto ius ascensus est vnitior. Tanto fructuosior: quanto affectui proximior. Et ideo vtile est: in hoc exerceri per charitatis excessum. Exerce te ad veritatem p̄m conformitatem ad hierusalem supernam. In p̄ima Jerarchia veritas est adducenda per ieiunium: fletum & orationem. Et hoc est angelorum: veritas est audienda: per studium & lectionem. Et hoc est archangelorum: veritas est annuncianda per exemplum & predicationem. Et hoc est principatuum. In secunda yerarchia. veritas est adcunda per refugium & émissionem. Et hoc é potestatū. veritas é apphendenda p zelū & emulationé. Et hoc est virtutū: veritas é associáda p sui ptemptū & mortificationé. Et hoc é dñationum. In tertia yerarchia veritas é adoranda p sacrificiū & laudationé: & hoc est thronorum veritas est admiranda per excessum & contéplationé: & hoc é cherubin veritas é ápte etéda p oscūlū & dilectionē. Et h̄ é seraphin.

℣ Incipit p̄logus in opusculo qui intitulatur. De quattuor mentalibus exercitijs fratris Bonauenture.

f

Flecto genua méa ad patré domini mei yesu christi. a quo omnis paternitas in celo & in terra nominat. Ut det vobis p̄m diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum eius in interiorem hominem: christum per fidem habitare in cordibus vestris. In caritate radicati & fundati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis: que sit longitudo: latitudo: sublimitas: & profundum: scire etiam supereminentem scire caritatem: vt impleamini in omnem plenitudiné dei. Paulus apostolus vas electiónis sacratum diuine sanctificationis speculum: & superne contemplationis exemplar in verbis p̄missis ostendit nobis mentalis exercitationis ortum obiectum & fructum. Mentalis.n. exercitatio. Si debet esse pia & salutifera: oz q̄ habeat potentiam supernaturaliter consortantem: sapientiam regulanté clementiam consolantem. Flectat igitur aīa deuota diuine ptemplationis amore accensa: genua métis ante tronū beatissime ac ét incōprehensibilis trinitatis. Pulset humiliter: & pulset sapienter dei patris ofortatricé potentiam: ne labore depressa succumbat. Dei filij regulatricé sapientiam ne errore seducta a veritate deuict. Dei spiritus sancti consolatricem pietatem: & clementiam ne tedio deuicta defficiat. Omne enim datum optimum: & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Et secundum Beatum Augustinum: Omne donum nostrum: aut deus est: aut a deo est: vnde non immerito in omni boni operis initio ille inuocandus est: a quo omne bonum originaliter progreditur per quem omne bonum exemplariter producitur & ad quem omne bonum finaliter reducitur. Hec est illa ineffabilis trinitas: pater: filius: & spiritus sanctus

q̄z tangit apostolus cuz dicit. Flecto genua tc. Secundo ostendit istius salutiffere mentalis obiectuz deuote mentis ⁊ diuine exercitationis dicuntur esse interiora ⁊ exteriora inferiora ⁊ superiora. Debet. n. anima deuota per mentale exercitium ꝓtemplationis radium reflectere. Primo ad interiora sua: vt videatur qualiter sit formata per naturam: deformata per culpam. Reformata per gratiam. Secundo debet conuertere radium contemplationis sue: ad exteriora: vt cognoscat q̄z instabilis sit mundana opulentia. Quam mutabilis mundana excellentia. Quam miserabilis mundana magnificentia. Tertio debet conuertere radium contemplationis ad inferiora: vt intelligat humane mortis ineuitabilem necessitatem. Judicij finalis formidabilem austeritatem. Pene infernalis intollerabilem penalitatem. Quarto debet conuertere radium cõtemplationis ad superiora: vt cognoscat ⁊ sapiat. Celestis gaudij inestimabilem preciositatem inestimabilem delicio sitatem interminatá eternitaté. h̄ est illa crux beata quattuor fratrib⁹ terminata: in qua omnia deuota cum tuo dulcissimo sponso yesu christo: debes iugiter meditando pendere. Hic est ille currus igneus quattuor rotis consummatus in quo debes post tuum fidelissimum amicum assidue contemplando celi palatiũ conscendere: hec est illa quadruplex regio. vz. orientalis occidẽtalis aq̄lonaris: ⁊ meridionalis quam tu. o anima debes quottidie peregrinando intrare ad tuum dilectum specialissimum in ea speculando querere ⁊ inuestigare: vt possis dicere cum: sponsa in lectulo meo per noctes quesiui quem diligit anima mea. Hec quattuor tangit apostolus cum subiungit: vt possitis comprehendere: cuz omnibus sanctis que sunt longitudo latitudo sublimitas ⁊ profundum. Fructus istius salutifere exercitationis si digne ⁊ laudabiliter exquiritur est felicitas eterna que est quid optimuz ⁊ pulcherrimum: ⁊ p se sufficientissimũ nullo extra se non indigens. In qua videbimus ⁊ amabimus vocabimus: ⁊ laudabimus in eternum: ⁊ vltra cum qui est benedictus in secula. Hunc fructum promittit apostolus quando sermonem concludit dicens: vt impleamini in omnem plenitudinez dei: hanc plenitudinem etiã inuenientes quando deus factus fuerit voluntati plenitudo pacis. rationi plenitudo lucis: memorie continuatio eternitatis: tunc enim erit omnia in omnibus cum a ratione omnis error: a voluntate omnis dolor: ⁊ a memoria omnis obliuio recessit. Et successerit illa quam speramus animi mira serenitas diuina iocunditas ⁊ eterna securitas. Hunc tractatum instigante conscientia: propter simpliciores quosq̄z per simplicibus verbis de sanctorum dictis compilaui per modum cuiusdaz dialogi in quo anima deuota veritatis eterne discipula interroꝙat: meditando ⁊ homo interior mentaliter loquendo respõdet: vt autem ad inestimabilem istius mentalis exercitationis altitudinem perueniamus: ⁊ eius fructum capiamus ab exordio incipientes ⁊ patrem luminum humiliter inuocantes. Accedamus genua cordis deuote flectẽtes Ante tronum eterne maiestatis: ⁊ ante solium individue trinitatis lachrimis ⁊ gemitibus incessanter clamemus: vt deus pater per suum benedictum filium donet nobis in sancto spiritu gratiam vt possimus cognoscere que sit longitudo: latitudo: sublimitas: ⁊ profundum: vt per hanc pertingamus ad cuz qui est omnis desiderij finis ⁊ complementum. Amen.

¶ Qualiter deuota anima radium sue cõtemplationis conuertere debet ad interiora sua: vt intelligat: ⁊ videat qualiter formata sit per naturam. ca. primum. ⁊ pars prima. Anima.

O Je queso o homo si post deuotam inuocationem diuine magnificentie: & post humilem implorationem eterne sapientie: & demũ post flebilem supplicationem superne pietatis & clementie gratiam exercitandi mentaliter circa quadruplicem materiam: vz longitudinis: latitudinis: sublimitatis & profunditatis obtinere: quo ordine inchoarem ne meritum huius exercitatiõis amittã: si in dicto ordine ignoranter procedam. Ordinis enim ignorãtia ẽm Ambro. perturbat formam meritorũ: nec reputat ẽm eundem perfecta rei cognitio in nobis existere cum scimus quid fit in nobis faciendũ: & ignoramus quo ordine sit procedendum. Nõ. O anima ẽm Bernardum ad Eugeniũ papam. A te tua cõsideratio inchoat ne frustra extendaris ad aliena te neglecto. Idẽ in meditationibus. Multi multa sciunt seipsos nesciunt. Alios inspiciũt: seipsos deserũt. Deũ querentes per exteriora deserentes sua interiora quibus interior est deus. Ideirco ab exterioribus ad interiora redeã: & ab interioribus ad suprema cõscendam: vt possim cognoscere vnde venio aut quo vado: vnde sum aut quid sum: & ita per cognitionem mei conscendam ad cognitionem dei. Item Chrisо. super Matheum dicit. Non minima pars philosophia est cognitio sui. Itẽ ambrosius in exameron. Cognosce o homo quantus sis vt consideres quid iuret in te in cogitatione quid ereat in sermone. vi tã ergo tuã o aia quotidiana dispositione er aiã & diligenter attẽde quãtũ proficias: aut quantum deficias: qualis sis in moribꝰ & qualis in affectibus: quã similis sis deo per gratiã & q̃z dissimilis per culpã quam prope & q̃z longe. Illud semper agnosce q̃ multo laudabilior & melior es si te cognoscis q̃z si te neglecto cursus siderum virtutes herbarum: complexiones hominum: naturas animalium cognoscere: & scientiã omnium celestium & terrestriũ habere: Redde ergo te tibi & si non semper saltez interdum rege tuos affectus: dirige actus: corrige gressus. Igitur o anima tene consilia sanctorum: & primo radium contemplationis conuerte ad regionem orientalem: hoc est ad consideratione tue conditionis. Diligenter igitur considera q̃z genero se a summo artifice facta sis per naturam: q̃z vitiose a tua formositate deformata sis per culpam: q̃z gratiosa a diuina bonitate reformata sepe sis per gratiam. Generositas tua naturaliter in hoc consistit vt ex timo: quia tibi naturaliter ad tuum decorem impressa ẽ imago beatissime trinitatis. vnde Anselmꝰ. Fateor: domine & gratias ago quia me creasti ad tuam imaginem vt tui memor: sim: te cognoscam: te diligam: te cognoscã Bernardus in meditatione mea. Secũdũ interiorẽ hominẽ tria in mẽte inuenio per que deũ recolo: conspicio & concupisco: tria hec sunt: memoria: intelligentia & voluntas. Cum dei reminiscor: in ipo condilector. Memoria enim eius super vinum. Cum intelligentia ipsum intueor: quãtum in se sit incõprehensibilis: q̃ principiũ & finis: principiuz sine principio: finis sine fine ex me intelligo q̃z incõprehensibilis sit deus quando meipsum intelligere non possum quẽ ipse fecit quantũ in angelis desiderabilis: q̃ desiderãt cum prospicere. In sanctis oĩb⁹ delectabilis in quantũ in eo assidue delectant: in creaturis oĩbus admirabilis: q̃ oĩa potẽter creat: sapienter: gubernat benigne, dispensat: in omnibus est amabilis q̃ ipse est deus eorum & ipsi populus eius. Ipse in eis habitat tanq̃z in templo suo: & ipsi sunt tẽplum eiꝰ. Nõ dedignatur singulos neq̃z vniuersos. Quisq̃ enĩ eius meminit cũq̃z itelligit ac diligit cũ ipso est. Cũ ergo eũ diligo memetipsum in ipsum trãsformo. Hec est enĩz virtꝰ amoris vt talẽ

te eē oporteat q̄le ē illud quod amas. hec Bernardus. Recognosce ergo o anima mea q̄z mirat inestimabilis dignitas ē esse nō solum vestigium creatoris qđ est cōmune cum omnibus creaturis sed esse imago: qđ est proprium creature rationalis. Lauda igitur anima mea dominum: lauda deū tuū sion. Expgiscere t lauda: exulta t gaude q̄ insignita sis dei imagine decorata similitudine particeps rationis capax eterne beatitudinis: sed quia hec modica non immerito forte iudicarentur si forte finirentur exulta t lauda: quia cum predictis dedit tibi naturā imortalem: substantiam incorruptibilem: durationem interminabilē vitaz perpetuā. Imago enim trinitatis nō esses: si termino mortis preeludi posses. Augu. xij. de ciuitate dei. O anima aduerte q̄ creator tuus post illud esse dedit tibi perpetuum esse. Post hoc dedit tibi viuere: sentire: discernere: sensibus te decorauit sapiētia illustrauit. Tuam igitur pulchritudinez attende vt intelligas t attendas qualē pulchritudinem debeas diligere q̄ si teipsam vt expedit contemplari non sufficis cur saltez q̄ de te extimare debeas ex iudicio alieno non perpēdis: sponsum habes de cuius pulchritudine si nō dubitares scires q̄ tam pulcher: tam formosus: tam vnicus dei filius tuo aspectu captus non esset si euz singularis deco: t vltra ceteros admirādus nō traxisset. Hec Augu. Sed hec forta sse. O anima nimis ingrata tibi videnť modica. propterea audi tertio dignitatem tuā admirabilē q̄ tante es dignitatis q̄ nihil potest domum mentis tue inhabitare nihil pōt in ea māsionē facere nisi puritas t simplicitas trinitatis eterne. Ecce qđ dicit spōsus tuus Ego inquit t pater ad euz veniemus t mansionē apud eū faciemus. Et alibi in euangelio zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Illabi enim menti illi soli possibile est q̄ eam creauit. Ipse enim est qui intimior intimo tuo esse perhibetur. sicut dicit Augu. Gaude igitur o felix anima que tāti hospitis facta es hospita. Bernar. O felix anima que quotidie cor suum mundat vt inhabitantem deuz suscipiat. Cuius hospes nullo bono indiget: q̄ actorem omniuz bonorum habet in se. O q̄z beata anima apud quam deus sic requiem inuenit vt dicere possit. Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiez celi ei non poterit que sibi in hac vita requiem preparauit. Hec Bernardus. O anima nimis es auara si non sufficit tibi tanti hospitis presentia: quia scio q̄ tam liberalis est q̄ cōmunicabit te bonis suis q̄ tam pius est q̄ ditabit te donis suis. Nullo enim modo decet tantum principē si hospitam suam permitteret indigentem. Adorna igitur thalamum tuū t suscipe regem factorez tuum de cuius pñtia exultabit t letabitur tota familia tua O vere mira t multū admirabilis sententia. Rex cuius pulchritudinem sol t luna mirantur cuius magnitudinem celum t terra reuerentur: de cuius clementia omnium beatorum collegia satiantur: de cuius sapientia celestium spirituū agmina illuminantur. Talis o anima desiderat hospitium tuum cenaculum suum plus q̄z palatium celeste appetit t exoptat. Delitie enim sue sunt esse cum filijs hominum: sed si hec adhuc te non mouēt ad laudandum creatorem tuum conuerte radiuz contemplationis. Ad quartum beneficiuz t cognosce q̄ tante capacitatis est palatiuz tuum q̄ nulla cretura sufficit satiare tuum desiderium. Ugo de sancto victore. Omnis iocunditas: omnis suauitas: omnis pulchritudo rerum creatarum afficere cor humanum potest: saciare non potest. Anselmus. Omnis creatura que deus meus non est

mihi inopia est. Et quare. Reuera secundum Gregorium in moralibus. Anima humana que ad deum appetendum facta est quicquid infra deum appetit minus est: & ideo etiam ei iure non sufficit q̄ deus non est. Jam vt extimo anima sufficienter vidi sti tuam nobilitatem que est valde laudabilis. Conuerte nunc radium tue contemplationis ad tuam super ceteras creaturas potentiam que re vera est admirabilis. Ago de anima. O anima mea quid dedit tibi sponsus tuus. Respice mundum istum. Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit vt tuis vtilitatibus deseruiat: tuis oblectamentis secundum distributionez temporum indesinenter occurrat. Vide iā anima mea & diligenter considera q̄ creator tuus sponsus & amicus totam machinā mundialem ad tuum ordinauit ministerium. Ecce angeli purgant & inflammant tuum affectum illuminat & informant tuum intellectum: perficiunt & custodiunt tuum subiecum. O magna dignitas est habere tales doctores consolatores: & tales conseruatores. O anima si videre posses quanto gaudio quantoq̄z tripudio assistunt orantibus intersunt meditantibus quanto studio nos in bono conseruant quanto desiderio nos ad salutem nostram eternaz expectāt. Celum tibi deseruit per suum motum. Luminaria celi per suum influxum: sol creat tibi diem: luna illuminat tibi noctem. Ignis temperat tibi aeris frigiditatem. Aer tibi mitigat ignis internam caliditatem. Aqua mundat tibi fetorem: & mitigat tue sitis ardorem: & fecundat terre vigorem. Terra vero sustentat sua soliditate: recreat sua fertilitate: delectat sua amenitate. Ecce anima breuiter discurristi per singula ab inferioribus ad superiora: & inuenisti q̄ omnis creatura ad hunc finem ex diuina ordinatione cursum suum dirigit quatenus tuis vtilitatibus deserviat: tuisq̄z oblectamētis indesinenter occurrat. Sed caue anima mea ne non sponsa sed adultera voceris si munera dantis plusq̄z affectum diligis. Augustinus in libro confessionum. Vehementer oberras in vestigijs suis si nutos amas & non aduertis purgate mentis intelligentia quid innuat lux beatissima: cuius nutus & vestigia sunt omnium creaturarum decus & forma. Adhuc si ignoras te o pulcherrima mulierum egredere & vade post vestigia gregum tuorum idest duodecim rationabilium creaturarum: que sunt vestigium creatoris tui: tu vero speculum beatissime trinitatis. Ergo omnibus dignior & excellentior cōprobaris: & pasce edos tuos iuxta tabernacula pastorum idest conuertere cogitationes tuas ad choros angelorum quibus quodammodo similis es in natura: & cum quibus eris in gloria. Jam satis silui: diu tacui: iam cuz verecondia & rubore compellor confiteri & dicere q̄ hanc dignitatem modicum aduerti amorem meum. Heu ego infelix & misera nimis indigne prostitui. Factorem meum non pro his omnibus glorificaui deum meum propter dona sua non benedixi: & non adoraui eum toto tempore vite mee. Nimis indigne irreuerenter vane & negligenter vixi. Et vt verum fatear secundum Bernardum. Quanto perfectius dignitatem meam aspicio tanto magis degenerem vitam me duxisse confundor & erubesco. Timeo enim q̄ tanto grauior sit culpa quanto dignior & nobilior sit natura formido quod tanto grauior est offensa quanto maior est illius qui offenditur excellentia. pertimesco q̄ tanto peior est iniuria quāto maior fuerit illi⁹ cui iniuria irrogatur. Heu dñe de⁹ ex dignitate substantie iam perpendo vilitatē malitie. Ex speciositate nature iam cognosco deformitatē

culpe. Ex recordatione beneficiorum acceptorū itelligo ingratitudiné factorum meorum. Gre. Ve mihi misera iá video: iam cognosco q̄ quicquid a summo datore accepi ad vsum vite miserabiliter reflexi ad vsum prauitatis ⁊ culpe. Tranquilitatem enim humane pacis ad vsum cóuerti vane securitatis. Peregrinationé terre pro habitatione dilexi patrie: saluté ⁊ pulcritudiné corpis redigi in ſuituté voluptatis: vbertatis: habūdantiá nō ad necessitatem corporis sed ad superfluitaté expédi miserime cupiditatis. Tpa serena ⁊ blādimenta aeris ad amorez mihi fuire coegi terrene delectatiōis. Heu timeo ⁊ valde ptimesco vt simul me oia ferire puniédo debeát que vitijs meis male subiecta fuiebát. O anima aliqualiter iá quot bona sit tua cogitatio video: ex verbis enim tuis cóſeo q̄ nō frustra fuit mea admonitio videt mihi q̄ lumine diuino sis aliqualiter illustrata: ⁊ tactu veri luminis mota: q̄ ſm Gregorium in moralib⁹. Unusquisq; dū tactu veri luminis illustrat sibūpſi ostendat vt vnde cognoscit quid é iustitia inde erudiat quid é culpa. vnde sancti viri quo altius apud deum virtutū dignitate ꝓficiūt eo subtilius indignos se esse deprehendūt: q̄ dū proximi luci fiunt quicquid eos in seipsas latebat inueniunt. Grego. Igitur anima si luce veritatis iactata dignitaté tuā q̄z hactenus nō attendisti cognoscis. Si culpaz qua creatorē tuum offendisti intelligis ⁊ vidisti q̄z gratiose formata sis per naturaz. vide nūc q̄z vitiose deformata sis per culpam. Anſelmus. Reduc anima erumnosa ⁊ misera ad memoriam enorme delictum ⁊ perduc in celum vsq; rugitum ⁊ lamentum. Cogita anima perfida dei adultera christi quid feceris: dereliquisti in celo castum amatorem tuum contempsisti factorem tuum repudiasti sponsum tuum: turbasti deum tuū irreuerenter tractasti angelum sanctum cu ſtodem tuum. Eras templum dei ſponſa christi: sacrarium ſpiritusſancti que est ista subita conuersio ⁊ repentina mutatio. De dei virgine facta es corruptio sathane. De ſponſa christi scōtum execrabile diaboli. De habitaculo ſpiritusſancti factum est turgurium omnis ſpir tus immundi. Anſelmus. Recordare o anima propter quid vendideris decorem tuum: ⁊ propter quid abieceris honorem tuum pro quo tam turpiter fedaueris vultum tuum. Cur tanta bona pro tam vili precio vendidisti. O anima quare te tot bonis spoliasti. Quare frustra tantis te honoribus priuasti. Quare tot bona opera neglexisti. Tot annos: tot dies: tot horas sine fructu vixisti. Anima ad hominem. Recognosco o homo q̄ verum loqueris ⁊ non immerito me de tanta transgressione reprehendis. O domine deus meus q̄ tempora efluxerunt in quibus sine fructu aſpicio me vixisse coram te. Quo modo subsistam: quomodo potero ad te leuare faciem meam in illo magno ⁊ terribili examine quando enumerari iusseris oés dies meos querens fructum in eis. O domine deus meus cur intermisi te vllo tempore versari in corde meo te totam mentem complecti in tua dulcedine delectari. O anima interiora mea vbi tūc erant quādo tecum non erant. Cum a te habeat oīs creatura quicquid habet desiderabile: laudabile: delectabile. Hec Bernar. Heu domine nunc intelligo sed cōfiteri erubesco. Species ⁊ decor creaturaruz decepit oculum meum ⁊ omnino aduerti quia ſpecioſior omnibus creaturis: tu es quibus tantummodo vnam guttam: tu inestimabilis pulchritudinis communicasti. Unis enim ornauit celum ſyderibus: aera volucribus aquam piſcibus: terram plantibus ⁊ floribus homines in corpore diuerſis coloribus in mentes variis virtutibus. Non ne demétissime pater per te illa celestiū ſpirituū

agmina varijs donis sunt ornata. Non ne per te seraphin ardent dilectione. Cherubin lucent cognitione. Troni acquiescunt firmissima stabilitate. De tuis muneribus dominantur dominationes. Inclini ex tua virtute presunt principatus. Ex tua potestate demones arcent potestates. Ex tua profunda patientia miracula faciunt virtutes. Ex tuo precepto archangeli magnis nunciant magna. Angeli vero minoribus significant minora. Sed quid sunt hec oia nisi tue pulchritudini modica stillula. O bone iesu fons vniuerse pulchritudinis ignosce mihi miserę q tuam pulchritudinem tam sero cognoui: tam tarde amaui: propterea miśabiliter oberam. Dulcedo autem creaturarum decepit gustum meum. Et non aduerti q dulcior melle es. Tu eni melli ⁊ omni creature dulcedinem suam immo tuam comodasti: ⁊ non est aliud in creatura: dulcedo vel delectatio nisi tue dulcedinis quam absconditi timentibus te demonstratio: vnde dulcedo omnium creaturarum si quis iuste aduertat: nihil aliud facit nisi qđ ad tuam dulcedinem eternam inuitat. O iesu fons vniuerse dulcedinis ⁊ pietatis: ignosce mihi q tuam inextimabilem ⁊ mellifluam dulcedinem in creatura non cognoui nec degustaui: propterea miserabiliter oberam ⁊ animam meam absq; modo sitiquis porcorum satura ti. Sed heu nunq̄ vt timeo de pane filiorum tuorum manducans: ideo semper in deliţis mundi ieiuna ⁊ famelica permansi. Gregorius. Quare intus gustare nolumus paratam dulcedinem. Propterea ieiuni ⁊ famelici amamus miseri famem nostram. O dulcissime iesu modo video modo cognosco q omnis dulcedo tibi cōtraria fuit mihi afflictio: ⁊ magna miseria. Augustinus in libro confessionum. Tu enim misericordissime deus etiam mihi in peccatis meis aderas pijssime sęuias omnes iniquas delectationes meas ⁊ malas amarissimis respergens amaritudinibus docens per flagella si vellem sine amaritudine delectari non possem nisi in te domine. Sed heu hanc doctrinam non intellexi propterea oberam: semperq; in deliţis iniquis timui proditorem: timui accusatorez: timui reprehensorem: formidaui aliquotiens conscientiaz: expaui multotiens infamiam meam: nunq̄ horrui gehennaz: ⁊ tamen heu ego misera inter tormenta nō mutaui voluntatem propriam. O doratus. Decepit etiam odor creature olfatum meum ⁊ ignoraui. O bone iesu superas omnia aromata. O bone iesu fons odoris cuius suauitas facit indesinenter post te currere ⁊ infatigabiliter laborare. Ignosce mihi q tam sero te cognoui: tam sero in odorem vnguentorum tuorum post te cucurri: puto tamen ⁊ pro hoc me nō excuso quod odor illius apotece celestis huic terreno affectori quo infecta eram non miscetur. Auditus. Decepit etiam sonus falsus creaturarum auditum meum ⁊ nesciui nec sensi q̄z dulcia faucibus electorum eloquia tua q̄z suauia auribus amicorum tuorum consilia tua q̄z leuia manibus sanctorum tuorum mandata tua. O iesu fons sapientie: auctor scientie: consiliator casti consilij fac me saltem modo audire vocem tuam. Sonet vox tua in auribus meis cum quanta amaritudine recogito q fefellit me illa vox misera cantantium ⁊ dicentium. Venite fruamur bonis que sunt: coronemus nos rosis anteq̄z marcescant ⁊ pretereat: nos flos tē poris vino precioso ⁊ vnguentis optimis impleamus nos, vbiq; relinquamus signa letitie. Hanc vocem audiui ⁊ non intellexi quoniam omnia vana sunt ⁊ risu digna. Omnia enim hec ⁊ his similia cito pertransierunt: ⁊ velut vmbra euanuerūt.

Quid enim hec omnia vana amatoribus suis contulerunt: quem fructum habuerũt tunc illis in quibus nunc confunduntur ⁊ erubescunt. O domine iesu deus meus lumen cordis mei panis anime mee. virtus amaricauis mentem meam non te amabam ⁊ formidabar abs te. Et fornicanti mihi subsanabat. euge euge. Amicitia huius mundi fornicatio est abs te. O quid miserius misero non miserante super seipsum. Sed inter hec omnia tu amantissime deus mihi semper aderras vocem tuam frequenter audiui: inspirationem tuam saluti feram sensi: sed non consensi. O quotiens mihi illud salutiferum consilium inspirasti. Peccasti quiesce desine erubesce: atqz misera mortem secuta sum ego. Augustinus in libro confessionum. Verba sonolenta aliquotiens respondi. Domine expecta me modicum: sine me paululum mõ a vanitate quiescam modo de malignitate erubescam omnia mundana ⁊ vana derelinquam. Sed heu modicum non habebat modicum ⁊ paululum in longum ibat. Itẽ Augustinus de verbis domini. Ipsa signities est res que multos eternaliter occidit: finaliter in peccatis detinet qꝫ se ad vocem domini non corrigunt peccatores vocem quidem occulte inspirationis audiunt: sed vitam non corrigunt dicentes cras cras: ⁊ subito hostium clauditur remanetqz peccator foras extra archam celestis patrie cum voce columna quia pro peccatis gemere noluit cum columba. Gregorius. Heu qꝫ multos in peccatis peius sua felicitas prostrauit multos diuturna pax inhertes reddidit: eosqz mox manꝰ hostis pertulit quos longe quies vsu negligẽtes inuenit. Gregorius. Quos deus vt conuertantur diutius tollerat non conuersos durius damnat. Tactus. Sed o homo vt tibi perfectius infelicitatis mee historiam manifestem profiteor qꝫ hec omnia mee infelicitati non sufficiebant: sed ad cumulum damnationis mee. Heu mundana mollities tactum meum nimij miserabiliter decipiebat: ⁊ ignoraui qꝫ tam suauis o bone iesu esset amplexus tuus tam dilectus tactus tuus: tam delicios⁹ conuictus tuus. Cum enim te amauero mundus sum. Cum tetigero casta sum. Cum accepero virgo sum. Tutum o domine iesu amplexus non maculat sed mondat tuus attactus non coinquinat sed sanctificat. O iesu fons vniuerse dulcedinis ⁊ suauitatis ignosce mihi qꝫ tam sero credidi quantum habet delicios⁹itatis honestatis: quantum iocunditatis quando leua tue diuine sapientie ⁊ cognitionis est sub capite meo idest ratione ⁊ dextera tua diuine dementie ⁊ dilectionis amplexabatur me idest voluntatem. Heu me misera. Quid vnquam tam dulce tam suaue tam delitios⁹um ⁊ tam salutiferũ qꝫ potest experiri qꝫ inter brachia tanti regis ⁊ amici fideliter obdormire. Hanc dulcedinem senserat anima deuota quando optabat dicens. Osculetur me osculo oris sui. Etiam anima deuota has delitias nonnunquam erat experta quando orabat ardens ⁊ iam pene deficiens pre dilecti sui concupiscentia dicens in canticis. Quis mihi det te fratrem meum suggentem vbera matris mee vt inuẽiã te solũ foras ⁊ osculer te ⁊ iã me me nemo despiciat. Apphẽdã te ⁊ introducã te in domũ mris mee: ⁊ i cubiculũ genitricis mee. Ibi me docebis ⁊ dabo tibi poculũ ex vino condito ⁊ ex musto malagrana tor⁹ meor⁹. Quis enarrar sufficiat nisi q mente gustasset: quantum habet hoc verbum dulcedinis ⁊ delectationis quando bene ponderatur ⁊ recte cribratur: ⁊ mente masticatur: vnde expõné deuote mentis relinquo. Sed o domine deus si hec tam dulcia sunt legenti qꝫ consolatoria erunt

per affectum sentienti. Augustinus. Fac me dulcissime iesu intus gustare per amorem quo extra gusto per cognitionem fac me sentire per affectum quod sentio per intellectum. Hec Augustinus. Sz que vesania que inferna is furia tanto tempore a me prohibuit illa cum tanta mentis mee solatia: tam diuina gaudia: tam melliflua conuiuia. Hic queso o homo que est tanti mali causa: que tanti periculi ratio: que tanti damni occasio. Homo ad animam. Video o anima q iam fatigata laboribus: iaz vexata doloribus: vt vltra iam inuenire non valeas cui tantum damnum illatum ascribas. Peto igitur vt cum patientia audias si tibi tanti mali causam demonstrauero: si tibi tanti damni inimicum ostendero. Jam pro parte hostem tetigisti aliqualiter tamen forte pre dolore mentis nō aduertisti. Habes o anima inimicum domesticum hostem amicum: aduersarium propinquum: qui tibi malum pro bono reddidit: & sub specie amicitie crudelio: existens inimicus his omnibus & alijs infinitis bonis te priuauit. Hostis noster est caro. Hic hostis salua tua reuerentia est caro infelix & misera: multum tamen tibi dilecta. Hanc cum pauisti inimicum contra te pessimum erexisti: hanc cum honorasti hostem crudelissimum contra te armasti: hanc cum floris varijs & preciosis vestimentis induisti omnibus interioribus ornamentis te spoliasti nesciens quod dicit beatus Gregorius in omelia. Gregorius. Unde inquit caro ad tempus suauiter viuit inde spiritus in eternum torquetur & ingemiscit: & econtra. Quo plus caro premiatur eo plus de spe celesti animus letatur: vnde pro tanta iniuria nobis pro te o caro illata continere amplius non valeo quin tantum malum hucusqz sub silentio periculose per transitum durius reprehendam. Bernardus. Scio inquit o anima hominem qui per annos plurimos tecum vixit ad mensam tecum sedit: cibum de manu tua sumpsit & in sinu tuo dormiuit cum voluit tecum colloquium habuit: hic iure hereditario seruus tuus est. Sed quia delicate nimis enutristi eum & virge pepercisti leuauit calcaneum suum super caput tuum & te in seruitutem redegit o anima miserabilis & misera quis te liberabit de vinculo improperij huius. Exurgat deus & cadat armatus & conteratur inimicus. Inimicus inquā contempto: dei amicus mundi culto: diaboli. Quid tibi videtur de illo. Si id sentis mecum dices. Reus est mortis. Crucifigatur. Noli ergo differre: noli dissimulare: noli parcere Crucifige: crucifige eum. Hec Bernardus. Sed in qua cruce. In cruce domini nostri iesu christi: in quo est salus vita & resurrectio nostra. Recole igitur o anima primordia tua. Attende q es insignita dei imagine decorata: similitudine desponsata fide dotata spe: preclara charitate: redempta christi sanguine particeps rationis deputata cum angelis capax beatitudinis. Quid tibi cū carne vnde ista pateris diligēter aduertis nunqz vilio sterquilinū vidisti si eio mihias enumerare velis qz honusta sit peccatis puriens concupiscētijs occupata passionis polluta illusionibus: confusiōe plena: ignominia repleta. Quid de ea habes aliud qz cogitationes fedas & immundas: & in similitudinez porci in luto conuersari. ḃ Bernar. Item. Bernar. Erubesce anima conuersari in ceno que es de celo. Idem super cantica. Anima donec in carne es inter spinas versaris & necesse est: vt temptationum tribulationes & pugnationū aculeos grauiter patiaris: vnde dicitur tibi in canticis: sicut liliuz inter spinas sic amica mea inter filias. O candens liliuz. O te

ner ⁊ delicate flos incredulj ⁊ subuersores sunt tecum: ⁊ cum scorpionibus habitas: vide ergo quomodo caute ábules inter spinas. Caro ⁊ mundus pleni sunt spinis conuersari cum eis ⁊ non ledi diuine potentie est ⁊ non virtutis humane. ℞ Bernardus. Est ⁊ alius inimicꝰ fortis ⁊ crudelis: qui mira calliditate omniuꝫ discutitur consuetudines: vétillat curas: scrutatur affectus: ⁊ isu per querit causas nocendi: vbicunqꝫ studio sius viderit occupari. Be. Nouit enim hic hostis antiquus ab inicio humani generis inimicus. Cui ipse illecebras glorie ingerat cui virus inuidie infundat: cui blandimen tá luxurie obijciat: cui vana incitamenta superbie ꝓmittat. Nouit qꝫ metu opprimat: qꝫ fallat gaudio: qꝫ admiratione seducat: habet etiam sibi obligatos aliquos quoꝝ ad alios decipiendos ingenijs vtitur ⁊ linguis. O anima fragilis ad decipienduꝫ: facilis ad cadendum difficilis ad surgendum qualiter istius crudelis aduersarij laqueos euadere poteris quem tantis subtilitatibus preditum agnoscis. Hec leo papa. anima. Nunc iam video ⁊ primitus recognosco sicut dicit Augustinus. Consuetudo peccati est ꝙ non facile cognoscitur ab eo qui ipse premitur: sed mox cum inceperit se quis ab eo alienare tunc demú cognoscit in quá ta feditate iacuit. Quia iam aliqualiter me ipsam incipio alienare ⁊ per hoc me: ⁊ peccatum agnosco me amplius a fletu continere nõ valeo. O domine deus meus tu impressisti mihi amabilem ymaginem tuam: ⁊ ego superinduxi horribilem ymaginem diabolicam. Heu heu miser homuntio: ꝙ demonis imaginꝫ superiduxi imagini dei cur non odi eius imitationeꝫ cuius horreo nomen. Ille sponte cecidit: ego volens corrui. Ille nulla precedente vindicta peccauit superbiens. Ego visa eius pena peccaui cõtemnens. Ille semel innocens est institutus. Ego multotiens sum restitutus. Ille se erexit contra eum qui se fecit. Ego me erexi contra eum qui me refecit. Ille deum deseruit permittentem. Ego deum, fugi persequentem. Ille perstat in malitia deo reprobante. Ego vero a deo misericorditer reuocante. Et si ambo contra deuꝫ: ille tamen non contra requirentem se. Ego vero contra monentem pro me. Ego ymaginez eius horrebam cum tamen in multis inueniam me horribiliorem. Fuge fuge a me o horribilis substantia: Si me video est horror intollerabilis si me non video mors ineuitabilis: O qꝫ infelix qui sibi est horribilis. Multo infelicioꝝ cui mors eterna sensibilis. Anselmus. O pater patientissime ⁊ re clementissime: tegere non valeo excusare nequeo: ⁊ tamen confiteri non modicum erubesco. Jam causam tantoꝝ maloꝝ inuenio ꝙ plus latuit agnosco. Bernardus. in meditationibus. Cor meum miserum dum futurum non curauit gaudium nec diuinum quesiuit consilium a seipso fuit elongatum. ⁊ in amore terrestrium occupatum. Cumqꝫ elapsum fuit ab illis ⁊ inuolutum in istis vanitas ipsum recepit. Luxuria polluit: curiositas abduxit: cruciabatur inuidia torquebatur iracundia diuidebatur auaritia: anxiebatur accidia: sicꝫ immergebatur omnibus vitijs: quia vnuꝫ bonum ꝙ sibi sufficere potuit dereliquit abeat ergo mitissime deus in obliuioneꝫ coram te omnia mala consumpta mea tempora: ⁊ concede vt hoc mei temporis residuum forte nimis breue ⁊ momentaneum sit tibi honorificum mihi fructuosum ⁊ proximo hedificatiuũ: Jam pijssime deus propter magnitudinem damni quod infelix ⁊ misera miserabiliter incurri: video ⁊ cognosco quod meipsum ⁊ peccatum meum sufficienter vt merui plangere non valeo si tanta debet esse non immerito peccati dete

statio. Homo ad animam. O Anima si p te vt asseris non potes: nec sufficis delictuz tuum deplangere: necesse habes te ad aliquem sanctorum conuertere. An ignoras quia secundum Bernardum securum habes accessum ad deum: vbi matrem habes ante filium: filium ante patrem. Mater pro te ostendit filio pectus ⁊ vbera: filius patri latus ⁊ vulnera. Iputas q̄ vlla poterit esse repulsa: vbi tot caritatis indicia sunt In periculis igitur ⁊ in angustijs ac in rebus dubijs: mariam cogita: mariam inuoca: non recedat a corde tuo: nō discedat ab ore tuo. Ipsam sequens non dimittas: ipsam rogans non desperes. Ipsa tenēte non corruis: ipsa protegente nō metuis ipsa duce non fatigaris: ipsa propicia veniam peruenis. Anselmus dicit. Dic igitur. O anima cum magna mentis fiducia. O domina si tuus filius per te factus est pater mihi nonne tu per ipsum facta es mater mea. Exultabo igitur ⁊ letabor: quia quicquid iudicabitur de me pendet ex sententia matris ⁊ fratris mei. Anima. Cum peccaui i matrem: matrem offendere non potui sine iniuria filij. Quid ergo. O homo faciam. Quis me reconciliabit filio inimica matre. Quis mihi placabit matrem irato filio. Homo. O anima non dubites si ambo sunt offensi: ambo sunt clementes: ambo pijssimi. Cōfugiag ergo reus iusti dei ad piam matrem. Refugiat reus offense matris ad benignum filium ⁊ dicat. Deus qui factus es filius femine propter misericordiam. Femina que facta es propter misericordiam mater dei: aut miseremini mihi impiè peccatrici: aut ostendite mihi magis misericordem ad quem ego misera cō fugere valeam. Hec Anselmus. Anima. O homo q̄z sanum consilium tuum. q̄z cōsolatiuum est mihi misere verbum tuum: quia quando peccatum meum recte aspicio: tunc inuenio: tunc agnosco: q̄ elementa per peccata mea polui: celos inquinaui astra celi obfuscaui: damnatos in inferno cruciaui. Sanctos in celo perturbaui. angelos mihi ad custodiam deputatos irreuerenter pertractaui: vnde ab omnibus his auxilium petere pertimesco. Et quia iusti iuste mihi indignati sunt: ad ipsos confugere non presumo. Homo. O anima mia est trepidatio tua quamuis placida: sit humiliatio tua. An ignoras q̄ multi sancti peccauerunt qui qualiter nobis peccantibus misereri debeant in suis magnis peccatis didicerunt. Cogita moysen prophetam eximium de diuina potentia desperantem. Cogita Dauid regem sanctissimum contra diuinam legem adulterio ⁊ homicidio peccantem. Agnosce salomonem sapientissimum ydola vana adorantem. Cognosce manasen regem iniquissimum qui plusquam omnes reges Israel peccauerat qui dicebat peccaui super numerum arene maris ⁊ non sum dignus videre altitudinem celi pre multitudine iniquitatis mee hos semper cogita veniam impetrantes: Sed quid plura cogitasti de sanctis veteris testaméti. Cogita modo ⁊ aduerte paucos de nouo testamento: vide matthеum sedentem ad Tholoneum peccatorem ⁊ publicanum assumptum in discipulum. Vide paulum lapidantem stephanum ⁊ electum in apostolum. Vide petrum christum abnegantem: ⁊ mox veniam impetrantem vide militem christum crucifigentem: ⁊ tamen de diuina misericordia presumentem. Postremo cogita. O anima q̄ illa famosa peccatrix ⁊ immunda Maria magdalena facta est singularis: ⁊ specialis christi amatrix. Omnis q̄ ⁊ quod modo regnant cuz deo olim sicut nos peccauerunt: vel saltem peccasse potuerunt si eos diuina gratia: vel dementia non preseruasset. Quia

cui donatum est penitus non peccare: non est hoc nature humane: sed diuine gratie.

¶ Anima.

i Jam nunc secure prophetas ⁊ reges implora audacter martires ⁊ apostolos inuoco. Confessores: virgines: ⁊ viduas: cōstant interpello. Sed tamen pre omnibus his sacratissimam dei genitricē mariam confidentius adorabo. ℣ Bernardus. Scio enim q̄ tam dulcis pia ⁊ suauis est maria: q̄ nec nominari non potest quin accendat: nec cogitari: quin recreat affectū diligentium se. ℣ Hec est illa que salutem omnibus impetrauit obtinuit: ⁊ totius mundi reparationem inuenit. Anselmus. ℣ femina mirabiliter singularis ⁊ singulariter mirabilis per q̄s elementa renouantur infirmi medicantur homines saluantur. Angeli reintegrantur. ℣ femina gratia plena de cuius plenitudinis habentia: respersa reuiuiscit omnis creatura. ℣ benedicta genitrix vite inuentrix gratie: mater salutis per te accessum habemus ad filium tuum: vt per te nos suscipiat: qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua cul pā corruptionis nostre. ℣ Humilitas tua deo grata. ℣ beatissima veniam impetret vanitati nostre. Copiosa caritas tua nostrorū coloperiat multitudinem peccatorum. Et fecunditatem gloriosa felicitatem nobis cōferat meritorum. ℣ benedicta per gratias q̄s inuenisti per misericordiam q̄s peperisti per prerogatiuas q̄s meruisti: fac vt qui mediante te dignatus est fieri particeps miserie nostre te intercedente nos faciat: particeps glorie sue.

¶ Qualiter anima reformata sit per gratiam. hec ℣ Bernardus. ℣ Homo.

i Am mihi vt existimo: o anima aliqualiter meritorie auertisti radium contemplationis ad videndum qualiter formata sis per naturam ⁊ quomodo deformata per culpam auerte: nunc radium tuum. iam vt spero per contrictionem deputata ad intuendam qualiter sis reformata per gratiam. Scire tamen debes q̄ quanto perfectius per contrictionis lauacrum caligo mentis detergitur. tanto lucidus diuine reparationis beneficium speculatur. ℣ Peccatum enim secundum Augustinum sunt tenebre quibus intellectus obtunditur ⁊ interior homo totus obtenebratur: vnde necesse est: vt tanto sollicitius mentales oculi a peccati tenebra per compunctionis lachrimas continue epurgentur quanto amplius per hanc contemplationis radius obtenebratur. Jam igitur anima in afficionibus serenata: dirrige radium contemplationis ad intuendum quam profunda dei clementia ⁊ q̄s alata dei sapientia q̄s q̄ mira dei potentia: sis per gratiam reformata. Considera primo qualiter per beneficium redemptionis te a peccato originali liberauit. An ignoras quod per peccatus originale eras bonis naturalibus ⁊ spoliata spiritualibus potestati principis tenebrarus subiugata a patria tua repulsa ⁊ alienata: vnde secundum ℣ Bernardum. Singularis maiestas mori voluit: vt viueremus. Sibimetipsi: vt regnaremus exulare: ⁊ vt repatriaremus. Et ad vilissima opera inclinatus est vt nos constitueret super omnia opera sua venit enim filius hominis quere re ⁊ saluum facere q̄ perierat. Venit vt te superbum humiliaret. Gregorius in registro. Ad hoc vnigenitus. Dei filius formam infirmitatis nostre suscepit ad hoc nō solum visibilis. Sed etiam despectus apparuit ad hoc contumeliarum ludibria illu

lionum probra passionuz tormenta: tollera uit: vt superbum non deberet esse hominez doceret humilis deus. Augustinus. Omnia bona terre contempsit deus vt contemnenda monstraret. Et omnia terrena mala sustinuit: vt sustinenda doceret: vt neqz in illis quereretur felicitas neqz in istis timeretur aduersitas: venit secundo: vt te patri reconciliaret. Augustinus. Cum inimicus esses patri: ego reconciliaui te. Cum longe esses: ego veni vt redimerem te. Cum inter montes t siluas errares quesiui te: inter lapides t ligna inueni te. In humeris meis portaui te. patri meo reddidi te. Labora ui sudaui caput meum spinis exposui manus meas clauis obiccci. Lancea latus meum aperire permisti. Sanguinem meum pro te fudi tot t q̃re non dicam. Iniurijs t asperitatibus lanceatus sum pro te. Sed heu propter peccatum tuuz te diuidis a me venit tertio vt venditum recuperaret. Augustinus. Adoremus admiremur: gratulemur. Amemus laudemus. quoniam pro redemptois nostri mortem: de morte ad vitam: de tenebris ad lucem: de exilio ad patriam: de corruptione ad incorruptionem: de miseria ad gloriam: de luctu ad gaudiuz: vocat: sumus. Gregorius nazanzenus. O mira t inaudita permixtio qui creator est: fit creatura qui immẽsus est capitur qui diues est i omnes pauper efficitur. Suscepit imaginem carnis mee: vt imaginez q̃z fecerat repararet vt carnem mortalem immortalitati donaret. Hec ille. Expergiscere nũc. O aia mea respice i faciẽ xpi tui. Vide faciẽ illã quõdã splẽdore luminosam: nũc pp te vellatã ꝓtra claritatẽ. Deco: speciosam: iflatã ꝓtra speciositatẽ. Vulcore gratiosã cõ sputam contra gratiositatem. Amore desiderabilem: abhominabilem contra desiderabilitatem: vide nunc. O anima mea: i ira t inaudita prodigia t considera diligenter que fecit deus super terram. Deus illudit vt honoretis. Innocens flagellatur vt consoleris. Iust9 crucifigit: vt liberetis: Agn9 immaculatus occiditur: vt epuleris. Sanguis t aqua de latere lanceati emanauerũt vt potieris. Respice igitur in principium redemptionis placans offensam prevaricationis. Aspice exemplum informationis presentans ãminiculum sanctificationis. Inspice auxiliũ ꝓtectionis referans ianuam icarcerationis. Suscipe ꝓmiũ retributionis cõferrens gr̃az iustificationis. Aspice O aia delicata ꝓtemplando assidue t fac imitando pfecte: fm exẽplar cõsumate iustitie: qõ tibi i monte monstratũ é. hoc é i christi gloriosissima passiõe. An nõ cõsideras q̃ deli cijs corporalibus es tuas: t xp̃s dñs tuus rex tuus sponsus tuus magister t amic9 tuus affligit oi genere penaz t oi pte sensuum ab oi stat hoium. Rex illuxit. Pdeles iudicauit. Discipulus vẽdidit. Apostoli reliquerũt: pontifices scribe t farisei tradiderunt. Gẽtiles flagelauerũt: t turbe cõdẽnauerũt ac milites crucifixerũt. Bernardus. Caput illud ãgelicis tremebũdũ spiritibus densitati spinaz pũgit. Facies pulchra prefilijs hoium sputis iudeoz deturpat. Oculi lucidiores sole caligant i morte. Aures q̃ audiũt angelicos cãtus audiũt peccatoz insult9. Os q̃ docet angelos felle t aceto potat. Pedes quoz scabellũ adorat q̃n sẽn é cruci clauo affigunt. Manus q̃ formauerũt celos sunt i cruce extẽse t clauis affixe. Corp9 verberat. Lat9 lãcea pforat. Et q̃d plura. Nõ remãsit i co aliq̃d libez nisi sola lingua: vt p peccatoribus exoraret mater discipulo cõmendaret. O fidelis aia saluator: noster nullis aduersantiũ hostiũ temptamentis potuit a nostre salutis cura reuocari: sed quomodo eius nobis ostendit emulatio eo grauior: nos si hanc spernimur: sequitur dãnatio. Aia. O hõ iam diu tacui quia que p̃posuisti cum gaudio pariter t luctu deuota mẽte recepi. Gaudens igi-

tur gaudebo in domino quia tantuz me dilexit q vnigenito suo filio non pepercit. O inextimabilis dilectio charitatis vt ancilla: immo nec nomine ancille dignam redimeres filiuꝫ tradidisti. O domine iesu christe qui propter me tibi non pepercisti cor meum tuis vulneribus ita sautia: ⁊ mẽtem meam ita tuo sanguine inebria vt quocunqz me vertam: semper te videam pro me crucifixum: ⁊ quicquid inspexero mihi appareat tuo sanguine rubricatum vt sic totus in te tendens nil valeam preter te inuenire nil nisi tua vulnera intueri: hec mihi sit consolatio tecum mi domine crucifigi ⁊ mihi sit intima afflictio aliquid preter te meditari. Ugo de sancto victore. Multa dilectio maior: nulla charitas sincerior: nullus amor fortior q̃z qđ mortuus est pro me innocens nihil inueniens in me q amaret: sed heu quotiens hmc mira circa nos pietatis dignationem aduerto de nimia ingratitudine mea modicum non cõfundor ⁊ erubesco. Homo. Ugo de ara anime. O anima dereliquisti sponsum tuum prostituisti amatorem tuum: pro tantis beneficijs grantias non egisti: quia vt recusaret te illuc vnde ceciderat ipse descendere dignatus est: ⁊ pie pati quod tollerabas Logita ergo quantum diligat te q nõ nisi moriẽdo a morte vult liberare te. Unde o anima mea quanto magis beneficia redemptoris recognoscis digniora: tanto magis peccata ingratitudinis sunt deteriora. Uide ergo ne sis ingrata cui tanta beneficia sunt collata. Magnum enim peccatum est ingratitudo. Quia secundum Bernardum. Ingratitudo est quasi ventus vrens ⁊ siccans riuulos diuine nature: fontem clementie ⁊ fluenta gratie. Attende igitur o anima mea frequenter volue ⁊ reuolue in mẽte diligẽter illud horribile verbum quod contra ingratos profertur in persona saluatoris dicentis. Bonauentura in tertio sententiarum. O anima vide quanta pro te patior: ad te clamo qui pro te morior. Uide penas quibus afficior. vide clauos quibus confodior. Audi improperia quibus confundor: sed cum sit tantus dolor exterior: cruciatus tamen interior est grauior: cum te ingrata experior. Et alibi. Bernardus. Contra ingratos in persona christi inuehitur dicẽs. Populeus meus qd feci tibi: aut in quo molestus fui tibi respõde mihi. Quid cause é q inimico meo magis seruire libet q̃z mihi. Attende q ego sum qui creaui te. Ego omnibus bonis ditaui te. Et si hec modica videntur ingratis Ego pretiosissimo sanguine meo redemi te. Eya anima mea non recedant hec a corde: non discedant ab ore tuo: semper grauas age: numq̃z cessa vnigenitum dei filium pro tantis donis benedicere ⁊ magnificare: sit tibi dilectus pro his omnibus tanq̃ fasciculus mirre in corde: tanq̃z iubilus in mente: iaus in ore: melos in aure. Anima. Jam diuitijs continere me nõ valeo. Dic queso: quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Homo. O anima sicut dicit Bernardus in meditationibus Totam tuam vitam debes huic non immerito qui vitam suam pro te posuit: ⁊ cruciatus duros sustinuit ne tu cruciatus eternos sustineres. Quid tibi durum esse potest cum recordatus fueris: qõ ille speciosus forma dei pro te voluit crucifigi. O q̃z indebita miseratio q̃z inopinata dilectio: q̃z stupenda dulcedo regem glorie pro despectissimo vermiculo crucifigi. O q̃z dulcis amicus: o q̃z fortis auxiliator: o q̃z prudẽs consiliator. Anima. Bernardus. O homo fateor ⁊ vere cognosco si essent in me oẽs vite filiorum Adam: omnes dies seculi: ⁊ oẽs labores horuz qui sunt fuerũt ⁊ erunt nihil esset i comparatiõe illius q sponsus

meus pro me sustinuit q̄ pro peccatis meis filius dei tollerauit. Nota Cum ergo dona uero ei quicquid sum: & quicquid possum non erit sicut stella ad solē sicut stilla ad fluuium & sicut puluis ad mentem. Homo. O anima quia iam considero q̄ depurata contemplationis gratiam diuine redemptiōis qua te a peccato originali sponsus tuus te liberauit agnoscis adhuc modicum pro deo incipiam: & tibi ad cumulum diuine miserationis qualiter per ipsum a peccato actuali liberata sis ostendam Conuerte igitur radium contemplationis ad beneficium iustificationis & considera domini dei tui gratiam: quam paterne per occultam inspirationem te a peccato reuocauit. Quam dulciter & amicabiliter alloquendo per internam alloquutionem te vocauit dicens. Reuertere: reuertere sunamitis. i. anima per peccatū misera effecta captiuata & mortificata. Reuertere iquit ad me. O anima Ego creator tuus sum. Reuertere ego redemptor tuus sum: Reuertere ego tuus cōsolator. Et si hec modica videtur reuertere vltimo: quia ego sum tuus liberalis remunerator. Reuertere ego sum qui te tam nobiliter creaui. Reuertere ego sum qui te tam misericorditer per mortem meam de morte eterna liberaui. Reuertere ego sum qui te spiritualibus & corporalibus tam multipliciter dotaui. Reuertere vltimo o anima ego sum ihesus qui te iam preparatam felicitatem tam liberaliter remuneraui. Reuertere inq̄m a peccato cogitationis: a peccato locutionis: a peccato actōnis: & a peccato assuefactiōis. Reuertere ad me o anima te sancti cum magno desiderio aspectāt te id tuum aduentum angeli exultant. Reuertere vocat te expansis manibus in cruce ihesus christus. Reuertere tuum aduentum prestolantur totius trinitatis abissus. O anima hec vox fuit si bene recolis dilecti inuitantis. Aduerte nunc que fuerit longanimitas expectantis. O quanto tempore tuum aduentum expectauit. Heu quanto tempore te in peccatis tuis tollerauit. O quot & quanto ante tuam conuersionem in peccatis damnauit. Et te semper peccantē misericorditer expectauit. Reuertere adhuc: o aia christus in cruce te expectās habet caput inclinatum ad te peccatricem immundā deosculandām: hz brachia extensa ad amplexādū. Manus apertas ad remittendū. Corpus extensum ad se totū impendendū. Pedes affixos ad cōmanendū latus apertū ad te in illud intromittēdū. Esto ergo o anima iam colūba nidificans in foraminib⁹ petre in cauernis macerie paruola lasciuan⁹ paruola pede inuola lateri ibi tua redes ibi secura q̄es hec Bernard⁹: Ego de sancto victore. Dic ergo o anima si digne posses quot & quales i tui comparatione abiecti sunt qui tibi datam gratiam consequi nō meruerūt. Elegit ergo te & preelegit sponsus tu⁹. Elegit te de omnib⁹ assumpsit ex omnib⁹ amauit p omnib⁹. An ignoras quam feda prius fuisti quam poluta & desoluta pri⁹ extitisti. Ipse te lauit lauacro regenerationis pauit cibo dulcissimi corporis. Ipse tibi dedit vestimenta virtutū q̄b⁹ nuditatem tuam tegeres: & te adornares. Ipse contulit aromata bonorū operū q̄bus fetorem peccati effugares. Dedit speculuz scripturaz in quo speciem tuā agnoscerēs. Homo. O anima vidisti longanimitatē expectantes: iaz nūc conuerte radiū contemplationis ad benignitatem iustificantes & cogita diligenter: vnde tibi post hz omnia tam inestimabilis gratia: vt ei⁹ merearis esse spōsa in quez desiderant angeli prospicere. Bernardus: Quid ergo retribues domino p omnib⁹ q̄ retribuit tibi. Tribuit enim tibi sis socia mense: socia regni: socia thalami vide q̄b⁹ brachijs a te sit amplexand⁹ q̄b⁹ labijs deosculand⁹ q̄ te tantam estimauit: vt te suo sanguine redimeret & propter te sor-

mendentur. Tales proculdubio nó se per-
fecte odiunt. sed potius diligūt ⁊ mercedē
suam iam recipiunt in hoc mundo. Tunc
etiaꝫ te perfecte odis: qñ non solum cupis
ab alijs conculcari: sed etiá te inteipso tan-
tum abhor: res. Ut vix teipsum valeas tol-
lerare ⁊ efficeris nimis abhominabilis tibi
ipsi. Et velles etiá a creaturis irrationabili
bus ⁊ insensibilibus simpliciter impugna-
ri. Et cū ꝓpter tuam necessitatez aliquid
delectabile: vel etiam non afflictiuum re-
cipis: contra teipsum non modicū contur
baris: solum deuz queris ⁊ omnia renuis
extra ipsum. Ad hoc autem per maximuz
donum habendum. Valebit si confidēter
⁊ ex toto corde petieris hoc a deo. Ex par
te autem tua possunt esse aliqua inductiua
⁊ dispositiua ad donum istud. ¶ Pᵒrimo
quidem cōsiderare debes q̄ in peccato fui
sti genitus ⁊ conceptus. Et q̄ postq̄ fuisti
a peccato originali sacro lauacro regene-
ratus lauatus ⁊ lotus ⁊ iaꝫ vsum liberij ar
bitrij habere cepisti deum tuū vsqꝫ ad hāc
horam continue offendisti: inemor: ⁊ ingra
tus prime lotionis: que in te deriuauit a la-
tere iesu christi: diuinā non reuerendo ma
iestatem in cuius presentia existebas ac te-
metipsum letaliter offendendo plusq̄ ali-
quis tuus crudelissimus inimicus. Quo-
modo igitur si ista diligentius cogitabis te
simplr nō odibis. Et quid nos odimus ni
si mala mortifera ⁊ nociua fugiam⁹. Quid
autem magis é mortifer⁹ ⁊ nociuū q̄z op-
ponere se totaliter suo bono. Quid pericu
losius q̄z saluifici sanguinis christi cuomē
medicinā. Quid perniciosius homini: q̄z
sue aie occisio ꝓcurata. Et tu tibi talis fui
sti ⁊ in oibus predictis maxime offendisti
etiā plus q̄z valeas cogitare. ¶ Debes se
cōdo cogitare q̄ qñ ab extrinsicus magis
molestaris tanto magis tibi vndiqꝫ p:ecl⁹
datur via ne vageris perdenia: ⁊ ne illici-
te affectum tuum applices creature: sed in
solo creatore altissimo requiescas: quis er
go nō odiet summe illius clausure apertio
nē: vñ quis exīs cū deo possit abeo egre-
di ⁊ exire. Certe tali clausura talis aperi
tur quando propria tribulatio non amā-
tur: sed ab animo fugatur. Volens quip
pe talis homo potius quiescere in stercō-
re quam in deo. Cogita ergo o homo q̄
soli deo debetur reuerentia siue honor.
¶ Et ipse solus in se ⁊ in suis creaturis ē
a nobis simpliciter diligendus. Et ideo
si vere ⁊ perfecte deum diligis te diligi: et
honoras: ꝫ abhoibus debes penit⁹ abho
reri. Quo nō merito abhorebo illud mi-
hi atribui: qō est dei: ymo potius oppoſi-
tuꝫ affectabo: ne forte si vellē tenere mediū
currerem in extremū. ¶ O q̄ꝫ vtiles sunt
iste afflict ones extrinsice. Nam certe per
ipsas ad cognitionez nostre miserie veni-
mus: ⁊ per talē cognitionem nostri magis
cito ⁊ perfectius ducimur in cognitionem
dei. Nā quanto: quis sue fragilitatis: ⁊ vi-
litatis: magis est cognito: tanto magis é di
uine maiestatis inspectator. Quis ḡ renu
et se odiri: ⁊ ab hoibus cōculcari certe ne
scio nisi stultus. Si ergo times o homo illa
que ab hoibus inferruntur multo magis
debes timere illa: que tibi a dño infligent
Et si illa times certe ista diliges ⁊ amabis.
Nam iste tribulationes. sunt vie ad patriā
⁊ sunt materia magni boni. Consolatiões
vero sunt vie ad penas: ⁊ occasio magni
casus iste. s. consolationes ⁊ honores: alas
inficiunt ⁊ deturpant. Ille aūt. s. tribulatio
nes alas lauant amaculis: ⁊ purgant a sco
rio peccatorū. Ut sic de albate ⁊ munde di
gne videant deū suum. ¶ O deus: quis nō
appetet hó habere: nisi quis non appetit
te videre ⁊ ad tuā gloriā euolare. Et quō ꝓ
babit aliqs eé tuus ver⁹ amic⁹: nisi ꝓ te ad
ꝫsa voluerit sustinē. Nūqd ꝫa amicicia tui

cõprobatur in consolationibus ⁊ honoribꝰ huius mũdi. Certe si sic cũ pauci inueniré tur mali: q; valde pauci sunt illi: qui nõ appetant consolari: sed certe illi tui filij conceruntur: quos flagellis corrigere non desistis. Nam semper cum talibus cõmoraris. Non ergo ꝙs aduersa renuit: sed sum me diligit nisi forte ille miser qui non vult tanquã spiritualis amicus: imo tanq̃ carissimus filius cum domino habitare: hec nos stimulant: vt festinemus currere ⁊ proficere ad maiora:: hec nos faciunt conscendere in montana vt cõtéplemur in celestibus deum nostrũ. Hec sunt certe que ceteris mébris patientibus nos instruunt compati: ⁊ cõpatiendo nos cogunt eis misericorditer subuenire. Quomodo enim proximo meo iniurias ⁊ damna: vel quecũq; aduersa patienti cõpatiar ego: qui hoc nũquã penitus sum expertus. Propterea apostolus ad hebreos dicit de christo. Non inquit habemus pontificem: qui nõ possit cõpati infirmitatibus nostris. Et hoc certe q; ipse christus eas in suo corpore expsse probauit sicut inmunituribidem. Nã languores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nostros ipe portauit. Si ergo exemplo eius nos hic in presenti nõ compatimur proximo: quomodo regnabimus secum. Aut si compassionem adinuicem nõ habemus: quomodo adinuicem mébra sumus. Et si forte cõmébra: nunqd viua: non certe sed mortua ⁊ insensibilia sumus. Quid igit aliud restat: nisi vt de corpore excidamur: ⁊ dicito adhuc mihi tu homo. Quomodo ipsi tuo capiti christo scies compati pro te passo: quando in teipso passionem nullatenus experiris: aut si christo nõ compateris: quomodo potes ipsi tanq̃ capiti conformari: sed certe si solum istud ⁊ nihil aliud te moueret: deberet facere te auidum passionum. Quid peius ⁊ magis mortiferum q̃ patientibꝰ nõ compati: ⁊ tanti beneficij passionis christi esse ingratus: aut quid fructuosius ⁊ suauius q̃ ex corde plenã compassionem gerere illius amarissime passionis: hoc certe nullus perfecte potest facere nisi forte q iniurias est expertus: aut dic mihi tu homo quid nobilius ⁊ dignius q̃ dei filio assimilari. Quomodo ergo si per consolationes ⁊ honores fuerimus dissimiles in presenti poterimus in regno cõfratres sibi esse: minime certe. Quid enim abhominabilius q̃ pro me stercore videre dei filium in assumpta humanitate: iniurias maximas ⁊ obprobria innumerabilia sustinere: mortẽ turpissimam ⁊ grauissimaꝫ tollerare: ⁊ me velle ab hominibus honorari ⁊ frui deliciis huius mundi. O homo non homo: sed stercus ⁊ plusq̃ stercus: ipse actor ⁊ iudex tuus super se reflexit iudicium tuum: ⁊ pro iniuria quã sibi feceras semetipsum ad mortem crudelissimam iudicauit. Et tu qui adhuc nõ cessas sibi iniurias inferre vis ab aduersis omnino pertrãsire imunis. Sal tem infelix coram oculis sic pro te afflicti pretende meroré: ⁊ corde te offer sibi ad consimilia pro eo libentissime patiendũ. Certe ex quo ipse est: sic pro te sufficienter punitus: si tu hec que ipse sustinuit volueris iterum sustinere: ⁊ hec toto corde appetieris non sustinebis: quia ipse nõ vult q; pro eadem iniuria bis passio inferatur: sed illud qõ credis iniuriã: in honoré ipse cõuertet ⁊ qõ credis tribulationé esse cõsolationes videbis: ⁊ vbi eé dánũ putabis: inuenies fructũ multũ. Et quanto iniuria fuerit maior: tãto honorabilior eris: ⁊ quãto passio acerbior: tanto eris carior deo tuo: ⁊ quanto tribulatio ⁊ afflictio fuerit intẽsior: ⁊ diuturnior: tanto magis te deus cõsolabitur in mercede: ⁊ si omnia pro ipso amiseris: certe ipsum qui est bona oia possidebis. Et si oés te fuerint persecuti ipse nunq̃ te deseret: sed vbiq; ⁊ semper viriliter te iuuabit si in hoc mundo a cunctis fueris expulsus ipse te recipiet in suo regno: si aute honores petieris a deo conuerso deprimeris. si

consolationes ⁊ delicias: tribulaberis ⁊ affligeris. Si tempo: alia vel diuitias: mendicabis: ⁊ pauper efficieris. Quid plura. Si preter deum: aliqd appetieris: teipsum affliges: imo si te dilexeris te occides. Si vero teipsum oderis: ⁊ solum deum dilexeris: vita viues: ⁊ ipsum plenarie: ⁊ feliciter possidebis. Nam qui deum diligit deum habet: ⁊ quanto perfectius eū diligit: tanto perfectius habet ipsum. ¶ O stultissimi homines cur hic oculos vestros nō ponitis si vultis vos ⁊ oia abhorrere. Certe cum videritis vos possidere omniū creatorem: ⁊ mens vestra fuerit in eo quietata omnia ab eo reputabitis penitus vanitatem. Et corpora etiam vestra. dum adhuc sunt mortalia abhominabilia tanq̄ stercora sint vobis. ¶ Et sicut qui aufferret stercus: vel aliud abhominabile ab oculis vestris: sic qui vsq; ad mortē affligeret corp⁹ vestrum. Et sicut cum quis detestaretur illud quod abhominami: gauderetis: sic cū quis iniurias: ⁊ obprobria testando: vobis dixerit vel fecerit: exultabitis. Nam nihil vobis poterit aduenire aduersi. Consolationes enim ⁊ honores: ⁊ queq; prospera non poterunt vos decipere vllo modo: quia de ipsis non curabitis: imo cōtraria cupietis. Aduersa etiam vos non valebunt deijcere: quia ipsas sūme desiderabitis in hoc mundo. Et q̄to tribulatio erit maior: tanto maior cōsolatio erit vobis: eo q̄ magis in hoc casu implebitur desiderium cordis vestri. Et si forte in aliquo sic nō esset: deberet certe in eo penitus: ita esse. Et quis nō deberet gaudere: si separatur a vanitate: ⁊ coniungitur veritati. Nonne hec omnia sūt vanitas: vanitas: vanitatū: ⁊ oia vanitas simpliciter preter deum. Et quid ē veritas nisi deus. Omnia igitur p̄ter deū ⁊ que in ipsum non tendunt: sunt a vobis simpliciter abhorrenda. Si enim sic esset homo vt in solo deo velles affici: ⁊ ipsius solus fitires honorem: te autem: vt dictum est: non diligeres: sed odires: ⁊ appeteres ab alijs conculcari: despici: ⁊ conteni. Diā proculdubio ipsi diabolo procluderes in tantum vt nullatenus ad te posset intrare. In hoc enim concordant omnes doctores q̄ omnis mali: est causa: timor vel amor: imo etiam ipsius timoris causa est amor sui ipsius. Quomodo ergo ex timore poteris peccare: quia desiderabis affligi: ⁊ contemni ⁊ ab omnibus simpliciter conculcari. Et quō amore tui peccare valebis cum te perfecte odias: ⁊ diligas solum deū. Hoc certe si habueris: ⁊ seruaueris: ad perfectam innocentiam ⁊ ad sanctitatis consumationem pertinges. ¶ Et qui aliquando fuisti seruus diaboli: efficieris nūc specialis amicus: imo amantissimus filius deo tuo ⁊ in regno suo reputaberis inter omnes. Cur ergo ista assequi sic tardamus. Quare negleginus tantum hanc mentis perfectionem satis de facili obtinere. Nūquid hoc donū excellentissimū nobis largitor oīum bonorum: poterit denegare. Si hoc ab eo voluerimus toto corde cum instantia postulare. Certe non: de hoc enim te certifico sicut possum: q: non denegabit: sed libentissime tibi dabit. Non dico q̄ det tibi pati: quia hoc nō omnibus concedit: sed tibi indubitanter tribuet velle pati. Et forte q̄ etiam pati si dignus fueris dabit tibi. Et si fortassis dicis mihi nō possum: nec possez tantum: laborare: vt ad tantam sanctitatem venirem: q̄ solum deum diligerem: ⁊ me exosum haberez super omnia: ⁊ q̄ possez simpliciter appetere ab omnibus vilipendi. Ego tibi respondeo: q̄ ad hoc nō requiritur iste labor extrinsecus: aut corporis vilitudo. Sed potius solitudo: ⁊ requies corporis: labor cordis ⁊ quies mentis. Non requiritur inq̄ multus labor extrinsecus: quia per illuz non vnitur: sed distrahitur: interior vero labor tamen humilitatis ⁊

pietatis:ad hoc ⁊ ad omnia est vtilis dū/
tamen homo mentis quietem custodiat in
labore. Nec etiam requiritur valitudo cor/
poris:quia valitudini spiritus hec repu/
gnat. ¶ Requiritur autez omnino labor
cordis in surgendo ⁊ euellendo se totali/
ter ab istis infimis ⁊ caducis:⁊ se ad cele/
stia eleuando. Et dum sic ascendes in te
tunc requiritur quies mentis. Multum
enim ablhorret deus illum:qui ipsum de/
gustat ⁊ ibi simpliciter non quiescit: sed
potius tanq̄z deus non esset sibi sufficiés
recedit a deo:⁊ reddit ad ista stercora am
plexandum:⁊ sic coinquinatus ⁊ infectus
ad amplexus dei iterum vult redire: sed
certe sic facere vni vili rustico ⁊ timere/
mus ⁊ verecundaremur:⁊ tamé ipsū deū
plus omni rustico vilipendimus:⁊ quasi
nihil de ipso breuiter iam curamus:⁊ ni/
hilominus volumus q̄ ipse i omnibus no
stre satisfaciat voluntati: sed non sic debet
esse. ¶ Sed si intrare adeo volueris sine
repulsa hoc excellens:vel etiam aliud q̄̄
cunqz donum ad ipsum reuerenter conscē
das:nec inde recedas:sed permiter ibi ge
scas:rogando eum instantius ⁊ deuote:vt
ad vomitum non permittat amplius te re
dire:⁊ si sic feceris:nō dubito q̄ ab eo suo
lumine illustratus:tuas miserias recogno/
sces:⁊ super omnia te odibis:diuinam ex/
perieris bonitatem:⁊ omnia mundi velut
stercora ablhorrebis. Et sic tandem digne
⁊ merito immensi amoris vinculo contun
geris inseparabiliter soli deo. Quod ipse
nobis concedat:qui per cuncta secula re/
gnat. Amen.

¶ Quod homo cōmutetur in deum.

Mirabilis mutatio ōrtere ex
celsi. Sicut enim apud homi/
nes temporalia diligentes es/
set summe admirabile: si quis
vnum stercus fetidissimum commutaret
in omnes delitias huius mundi: vtpu/
a:si quis pro vno vilissimo ⁊ fetidissimo
stercore haberet huius mundi plenariam
potestatem:⁊ quantum ad temporalia ad
modum imperatoris:⁊ quantum ad spiri
tualia sicut papa:⁊ nullam resistentiaz pos/
set pati:⁊ insuper q̄ maligni spiritus sue
obtemperarent in omnibus volūtati:⁊ q̄
non solum terra ⁊ que in ea sunt:sed ⁊ ce/
lorum sydera sibi parerent ad nutum. Itez
q̄ posset mortificare:viuificare: infirmos
sanare:⁊ mortuos suscitare:cursum quoq̄
nature simpliciter imutare. Et q̄ haberet
omnes diuitias ⁊ delitias quas citra deuz
posset excogitare: imo quas deus posset p
ducere:dūtamen in deum non ducerent.
Sic certe imo sine comparatione: multo
magis est admirabilis:laudabilis: venera
bilis ⁊ amabilis illa cōmutatio qua quis
se commutat in deum. Nam maior est si/
ne comparatione:distantia inter deum ⁊
hominem:q̄z inter quācunqz vilissimaz ⁊
infimam creaturam ad omnia que citra fa
facere posset deus. ¶ Tunc autem homo
se cōmutat in deum quādo eligit se odire:
⁊ diligere solum deum:⁊ circa aliud non
vult:nec potest affici:nisi solūmodo circa
deum:⁊ in illum solum:suuz iacit affectū.
Illi adheret tantum:⁊ de vlla re nisi de
deo breuiter nihil curat:⁊ semper ⁊ totali
ter sitit:quomodo per se ⁊ per alios hono
retur simpliciter dominus deus su⁹. ¶ O
cōmutatio dulcis ⁊ suauis:⁊ summe deside
rabilis. Nam talis homo suorum peccato
rum plagas in christi vulnera cōmutauit.
Sue mentis feditatem in diuinam bonita
tem: suam nequitiam in dei clementiam.
amaritudinem cordis in summam dulce
dinem creatoris. Naz totus factus est dei
⁊ nihil nisi deum requirit. Cor suum ple/
num est ipso:⁊ totus in eo est ipse domin⁹
deus. Se exiuit:⁊ deuz intrauit:⁊ zelo dei

succensus facit guerram sibiipsi tanquam suimet crudelissimo hosti. Si ergo talis ē commutatio ista: sic vere talis est. Cur serue ne q̄z infidele mancipiuz: creatura inutilis hoc ad implere retardas te negligis immutare. Sed caue diligenter ne cum tot pote operis: grauamine cordis: anxietate pectoris: in sensualitate mentis hoc studeas adimplere. Sed potius hoc facere intendas cum maxima auiditate animi: cum feruoris intensione: ⁊ cum imensitate amoris. Maxime cum nihil homini vtilius: nihil delectabilius: ⁊ nihil nobilius eē possit. ¶ Si ergo teipsum exiueris: ⁊ per hūc modum in deum intraueris caue cum omni diligentia: ne modo aliquo extra ipsum valeas amplius inueniri. Et si aliqua mentis infirmitate: aut negligentia forte contigerit te exire illuc statim cum fletu recurras: ⁊ deum suppliciter deprecaris: vt tibi indulgeat ⁊ dignetur te seruum recipere fugitiuum. Et tunc proponas firmiter in corde tuo ab eo amplius nō exire. ¶ Nō tamen tale propositum facias: vt ad nouaz culpam te obliget ⁊ astrigat: quia fragiles sumus: ⁊ ex nobis simpliciter inconstantes. Et si milies ab eo exieris totiens studeas ad ipsuz redire q̄z cito. ¶ Regula istiꝰ capituli bona est. Nullus enim bene potest cum deo esse perfecte: qui suum affectū habet ligatum: vel inclinatum alicui creature.

¶ De ordinatione ad proximum.

D Et proximo tuo accipe breuem doctrinam vnumquēq̄z hominem mundi reputa temetipm. Si hoc bene cordi tuo imprefferis: non est dubium qō suum bonum diliges sicut tuum. Et qō ad salutē suam spectare cognoueris hoc tua oratiōe ⁊ ex oratiōe: aut alio modo quo poteris p eo tanq̄z pro te solicite: ⁊ fideliter procurabis. Et cum videris ipsum bona facere vl dicere ita repleberis gaudio: ac si tu illa eadem verbo vel opere adimpleres. Si autem scieris ipsum esse in peccato: aut in aliquo spirituali defectu tu tibi nimium cō dolebis: ⁊ ipsum a malo pro vt poteris releuabis: ⁊ ad bonuz toto posse conduces. ¶ De miserijs autem corporis sic compatieris sibi acsi ī teipso illas haberes: ⁊ ita libenter ⁊ diligenter seruies ei sicut faceres tibiipsi: imo multo libentius sibi q̄z tibi: quia tu cernes maius premium esse tibi cum etiam te debeas odire: ⁊ illum amare. Et si forte te offenderit dicto vel facto tu non plus curabis: q̄z si tu tibi illa fecisses vel tibi dixisses: immo eo tibi ipse magis placebit: quo cum eo maiorem materiā merendi videbis. ¶ Si vero tu aliquid boni dixeris vel feceris sibi non plus de hoc eleuaberis in corde tuo: q̄z si alius in eisdem sibi verbo vel facto seruiuisset. Et si tu aliquem defectum culpabilem feceris coram eo de hoc tu plus non curabis: q̄z si in priuato vbi nullus vidisset: feciſles. Inde etiam sequitur qꝫ si vnūquēq̄z reputaueris teipsum proculdubio nullum proximū specialem habebis: quia omnes certe tibi singulares putabis. Nullum enim plus altero diliges: nisi inquantū ipsum noueris melioremꝫ ⁊ non inquantum sit tibi magis familiaris vel notus: nec etiam circa quantūcunq̄z bonum debes simpliciter affici: sz solummodo circa deum: siue in se absolute siue etiam inquantū isti vel illi tot ⁊ tanta bona largiri: possumus tamen pro illis magis orare pro quibus sumus magis domino obligati. Nec tamen sic est orandum pro illis: vt alios penitus dimittamus: vel obliuioi tradam⁹ nihil aūt appropries tibi nisi tuas culpas: ⁊ tuos defectus. De ceteris vilioremꝫ cognosce: ⁊ non solū propria: sed etiaz aliorum peccata reputa esse tua.

Et p:o ipsis tanq̃ p:o tuis veniam cuz lachrymis a deo implora:nec dicas quomodo possum omnem hominem extimare meliorem:hoc te docebit facere perfecta charitas:que te cum eis coniungens:te faciet vnum cum eis:hoc inde clarius intuetur. Ad hoc autem faciendum mouetur de facili ille:qui cor suum in honorem dei totaliter radicauit:nihil aliud nec in se nec in aliis appetendo. Unde hec est regula poptima. Ad̃ qui vult deũ perfecte diligere: ⁊ primũ simul:nihil aliud nisi solũ honorem dei sitiat:⁊ cum magna auiditate ⁊ sollicitudine cordis solum deum requirat:nihil aliud intendens in omnibus.

¶ Ad̃ homo semper sit ordinatus in loquela:cogitatione ⁊ operatione.

Erus dei numq̃ debet:nec aliud nec aliter cogitare: loqui ⁊ operari quasi si deum suum facie ad faciem semper videret: nec est dubium q̃ sic vbiq̃ ⁊ semper é nobis presens deus:⁊ nos ⁊ cuncta nostra ita videt: ac si iuxta sedem suam in empyreo celo essemus:quãuis hic non sic influat sicut ibi. Et ideo quãuis non videamus ip̃m deuz:ex quo tamen indubitanter scimus:⁊ certi sumus ipsum esse iuxta nos: imo etiã in intimis cordis nostri:non debemus aliquo modo plus vel minus nec aliter cogitare:loqui aut facere:q̃ si semper ⁊ vbiq̃ eum clarissime viderem9. ¶ Tantũ enim timeret seruus imperatoris si sciret p:o certo se clare ⁊ totaliter ab imperatore videri quãuis ipse nullatenus videret imperatorem ne posset videre:quantum timeret si manifeste ipsum imperatorem videret:immo certe multo magis. Nullus enim seruus est:qui ex hoc p:opie timeat:q̃ suũ dominum videt:sed potius ex hoc timet ⁊ merito habet timere:q̃ a suo domino diligenti us obseruatur:⁊ ab eo cognoscit p:o certo se clare videri:vnde si seruus sciret p:o certo q̃ suus dominus non posset eum videre nec scire illud quod facit: vtiq̃ sicut credo suum dominum non timeret: ſ tũc multuz haberet timere:⁊ merito timeret: quando p:o certo sciret a dño se videri:etiam si ipse suum dominum penitus non videret. ¶ Quanto ergo magis debemus semp summe reuereri cum magna deuotione ⁊ amore:cum imensa reuerentia ⁊ timore:cum maxima nostrorum scelerũ erubescentia ⁊ confusione:ipsum dominuz deum nostrũ:qui nobiscuz vbiq̃ ⁊ semper é: ⁊ nos ⁊ nostra continue intuetur:non solũ illa que foris pateut:sed etiam omnia intima ima ⁊ secretissima cordis nostri. O vituperabilis ⁊ execrabilis stultitia: imo malitia nostra. ¶ Quis ergo est tam magn9 ⁊ ifimus peccator in mũdo:qui furtũ: adulterium ⁊ quodlibetuis peccatum presumeret patenter cõmittere:vbi ⁊ quando a cõetis posset videri ⁊ capi. Aut que nã ulla mulier tam mala:tam lasciua:tam lubrica: tam adultera:tam meretrix sine fronte vt quomodolibetuis peccatrix: que in medio platearum ⁊ in meridie cunctis cernentibus non summe erubesceret ad fornicationem sui corporis prebere consensum:⁊ que non valde timeret quodcunq̃ etiã aliud scelus cõmittere in publico:vbi possit de facili comprehendi. Nonne omnis qui male agit:odit lucem:querit latebras:fugit publicũ:petit angulos ⁊ non venit ad lucẽ vt non arguantur opera eius. O miserabilis cecitas cordis nostri. Nam si videro ⁊ cognouero firmiter me ab hominib9 clare videri dum volo facere quicq̃ mali: statim p:e verecundia vel timore desinam a peccato etiam quãtũcunq̃ sim tentatus ⁊ auidus ad peccatum: ⁊ quantumcunq̃ aliam oportunitatem habeam ad peccandum ⁊ tamen coram deo meo in cuius conspe-

etu sum non erubesco: nec formido peccare: sed intrepidus ⁊ inuerecundus: multotiens: ⁊ multipliciter multa: imo in numerabilia scelera: maxima: grauissima: turpissima: etiam ad loquendum ⁊ nefanda committo: coram oculis eius. ¶ Nunquid forte non videt deus que facio. Nūquid forte nō audit que loquor. Nunquid forte si non intelligit: que cogito. Utiq; videt. Audit: intelligit ⁊ cognoscit: quia omnia sunt nuda ⁊ clara oculis eius. Cur ergo infelix non summe timui taliter ⁊ tam diu peccare. Cur miser non summe erubui: tot ⁊ tanta grauia ⁊ turpia sine fronte ⁊ freno cōmittere. O deus meus quotiens te offēdi. O creator meus quot ⁊ quāta in te peccata commisi. Mirum est quomodo iam diu non demersisti me in profundū inferni. Sūme mirabile est: q; quādo te primo offendi non statim proiecisti me a facie tua in tenebras exteriores. Ubi est fletus ⁊ stridor dentium. In ignem eternum qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius: valde stupēdum est: q; tantum me peccatorem maximū ⁊ inimicum tuum mortalem sustinuisti: ⁊ adhuc patienter sustines super terrā. Unde hoc mihi a te. Certe ex dono tue ineffabilis pietatis. O magna iniqtas mea. Sed o maior bonitas tua: o immensa malitia mei peccatoris: sed o immensior clementia tui saluatoris. Mā vbi habundauit meū delictum superhabundauit ibi gratia tua. Ego me ipsum perdidi a te recedēdo. Tu me inuenisti ad te me reducendo. Ego meipsum vendidi in te culpas ꝓmittendo. Tu me redemisti pro me penas patiendo. Ego ad mortem me damnaui te nimis offendendo: tu me viuificasti pro me te occidendo. ¶ O iestimabilis dilectio diuine caritatis. O intollerabilis, abhominatio mee iniquitatis: Heu miser ⁊ infelix ego cur nō semper perfundor lachrimis. Cur non vbiq; affligor: suspiriis. Cur non vndiq; flagellor verberibus. Etsi non forte christi amore penarum: saltem mei dolore culparum: peccaui enim crudeliter lapsus sum fortiter. cecidi grauiter. corrui miserabiliter. Nullum inuenitur peccatum cuius non sim ego sordibus coinquinatus. Nullus est morbus vicioꝝ a quo ego nō contraxerim contagium. Nulla sordium sentina extitit: que in me miserum nonc onfluxerit. cur igitur saltem meipsum nō plāgo die ac nocte. cur non profusis vberius lachrimis lauare studeo maculas mentis. Cur voce perfecte cōfessionis os meū non aperio: simpliciter deo meo dicens. Peccaui deus meus miserere mei. Nunquid forte tu homo hec facere erubescis vel times. Sed miser ⁊ infelix quomodo times: deum penitendo placare: cum nō timueris ipsum offendendo turbare. Aut quomodo nunc erubescis lachrimis te lauare: cum tunc non erubueris per culpas te totum sedare. Quid magis timendum. deum culpa offendere: vel ipsum penitētia placare. Quid verecundius scilicet peccatorum sordibus deturpare: illud simpliciter ⁊ pretimore: ⁊ verecundia fugiendū. Istud vero, cum expedit simpliciter est faciendum. Non vitasti primū: ideo prosequaris secunduꝝ. et cito dum tibi tempus prestitit deus: expectat enim te adhuc ad penitentiam: quia non vult mortem tuā: sed magis vt conuertaris ⁊ viuas. Tu malefecisti eum grauiter offendendo. peius facis te de offensa humiliter non de offensa penitendo. Sed pessime facies decetero te simplr nō corrigendo. ¶ Pone ergo am modo finem peccatis: pone legem nequitie habeat culpa modum: habeat iniquitas terminum. Jam desine peccare. Et si forte non amore dei saltem pre eius verecundia ⁊ timore. Non enim potes te abscondere ab oculis eius: neq; fugere manus eius. Si enim abstines a peccando pre cō

fusione ⁊ timore humano. Multo magis abstinere debes pre confusione: ⁊ timore diuino. Nunquid insensate magis verecundaris de homine mortali: ⁊ ipsum magis times q̄z deum eternum. Nunquid magis creaturam q̄z creatore. Nunquid magis iudicem corporis: q̄z testem: ⁊ iudicem corporis ⁊ anime: qui potest te totum mittere in gehennam. O imensa stulticia. O grandis vesania. O miserabilis excecatio oculorum Et vnde hoc. Certe quia excecauit nos malitia nostra. Heu heu nobis. Quid faciemus. Certe nihil aliud restat nobis: nisi vt operti cinere ⁊ cilitio: procidamus i facies nostras coram deo preculparum nostrarum verecundia ⁊ tremore: ⁊ ab eo ex corde ⁊ cum lachrimis veniam humiliter imploremus dicentes: miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione: quia peccauimus tibi. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriá nominis tui domine libera nos ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. O lux mundi illumina nos: qui in tenebris: ⁊ i vmbra mortis sedem⁹. ¶ O lux vera in tenebris lucens remoue tenebras: non tam ignorantie: q̄z sume malitie nostre. O splendor glorie: ⁊ candor lucis eterne. Illustra nos vt te ⁊ nos perfectissime cognoscamus. In flama nos: vt te solum in omnibus ⁊ super omnia feruentissime diligamus. Purifica nos vt sic a peccato mundati te deceteros saltem pre tui erubescentia: ⁊ timore nullatenus offendamus. Letifica nos vt tibi leta facie assistentes poti⁹ amore q̄z timore: tibi digne ⁊ laudabiliter seruiamus. ¶ Fortifica nos vt tibi indissolubiliter adherentes: nunq̄z a te in perpetuum recedamus: sed semper hic per gratiam: ⁊ in futuro per gloriam te feliciter perfruamur. Amen.

¶ Quod homo pót̄ ꝓseruari in statu.

m Grabile est valde fratres carissimi: quomodo sic modica sinstilla sicut est cor nostrum nō absorbetur totaliter ab immensa bonitate diuina. Et quō seruus dei nō semper amore tam amantissimi domini inebriatus incedit: hoc certe penitus fieret si vellemus: ⁊ conemur illi immense diuine bonitati simpliciter applicare cor nostrum. Unde de hoc non dubitet aliquis q̄ quanto⁹ magis illi summe bonitati vellet applicare cor suum: tantum melior ⁊ perfectior esset. Et qui in summo applicare posset: ita vt penitus oblitus oium preter ipsum deum: toto animi conamine tenderet in eum: ibiq̄z aliq̄z diu quiesceret: non statim inde recedens: tunc credo q̄ talis nimia absorptus dulcedine: ꝓsumaret in statu. Tunc talis inter consolationes: ⁊ tribulationes: honores ⁊ vituperia blandimendita ⁊ obprobria: prospera: ⁊ aduersa: insensibilis totaliter pertransiret. nihil penitus sentiens nisi deum suum solum honore affectans. ¶ Tunc certe talis posset merito dici comprehensor: potiusq̄z viator: beatus non miser: angelus non homo: nō peccator: sed sanctus. Et si ad hoc pertingere cupis o homo hanc breuem regulaz tene. Quicunq̄z vult esse consumatus in statu: debet de sua propria virtute totaliter desperare: ⁊ plenarie se dimittere in brachijs pietatis imense. Toto corde simpliciter cōfidat de ipsa in omnibus fideliter agat: de contingentibus quantum in se est: penitus nihil omittens in hijs que poterit cernere ad sui dei pertinere honorē. Sed ⁊ hoc etiaz obtinere quod in perfecta regula scriptum est: est donum dei per maximum. Et si quis ipsum cognouerit in se esse hoc certe totum non a se sed a suo domino recognoscat. Sciens pro certo q̄ penitus est: impossibile ipsum ad tantum donum: posse pingere sua sola virtute. Et q̄ nullomodō

ad hoc donum de se est aptus vel pronus: sed potius est talis de se ad digna mortis eterne.

¶ Quod homo in breui potest esse perfectus.

Quicunq; ad sūmitatem montis domini per contemplationem cupit venire hoc diligenter attendat: q semper p mentis eleuationem in deum ascendat: & nunq̄ quiescat dum vigilat: vt quiescat. Nam isto assensu mirabili non quiescere est quiescere. Et qui quiescit necessario fatigatur intantum: vt iam amplius nō possit ascendere vllo modo. In ascensu .n. montis materialis: quia caro infirma est: quietem interpellatim requirit. Sed ascensu spirituali: quia spiritus quidem promptus est: contrarium exigit vt. s. non quiescat. Et quanto magis sic fatigatur: tanto velotius: & magis cito ascendet. Currēdo quippe fortior: & recentior fiet: & erit semper auidior ad maiora. Delectabilius & suauius: & dulcius gradietur. Et ipsum magis: vel magis currere: sibi leuius & iocundius apparebit. Et ideo stulti sunt illi: & qd sit contemplatio simpliciter inexperti: qui causa re assumendi vires: requiescunt aliquando: vel quiescere volunt. Habeant .n. pro certo q tunc in illa quiete non resumunt vires: sed potius vires dispergunt. ¶ Nam si contemplatiuus fortiter currat: tunc quiescere facit: & nisi intantum intendatur: vt in saporem degeneret non auferret totaliter sensum suum particulariuz actus: sed ad modum ebrij esse liberos nō permittat: nunc quasi quicquid videris reputabis quadam diuina gratia habundare. Et q̄uis prima ebrietas summe suaue est ei. Si plane incedit: tūc valde incipit fatigari. Si totaliter quiescit: tūc totaliter vires dispergit. Et ideo nihil aliud contemplatiuo restat facere: nisi cum virgine in montana ascendere cum festinatiōe. ¶ Si quis autem hoc capere nō potest: sed vult omnino aliquando quiescere: & tamen ascensum in desiderio habet: tunc sibi hoc restat remedium: q̄uis ad ea que dicta sunt non valeat adequari. Videlicet vt saltem modum materialiter ascendentium non dimittat. Nam qui materialiter montem ascendunt: & in medio fatigatz quiescere volunt non descendunt ad quiescendum in valle: quia sic nunq̄ possent ad summitatez attingere: & sic a cunctis merito stultissimi haberentur. ¶ Sic certe stulti reputandi sunt ab omnibus: & nunq̄ ad contemplationis cacumen deruentunt: qui hodie per contemplationem modicum vel etiaz multum ascendunt: & tamen finaliter affecti tedio hoc assensu ad locum vnde venerant: siue ad statum a quo ascendendo recesserant reddeunt ad quietem: credentes quippe sic in peccatorum seu vanitatuz valibus: & in planitie imperfectionis delectabiliter quiescēdo effici fortiores postea ad ascensum. Ignorantes prorsus q sic nō solum non fient fortiores: sed vix poterūt ad statum & locum ad quem prius ascenderant peruenire. Et ista est forte ratio sicut credo: q̄uz hodie sic pauci contemplatiui supercilium montis attingunt. ¶ Sed si homo ascenderet hodie quantū posset: & ibi forte fatigatus quiesceret non retrocedēs aliquo modo. Et cras inde se altius eleuaret: & ibi etiam figeret pedē cordis. Et post cras itez alti⁹ ascēderet q̄tuz posset: & ibi staret penitus nō descendēs. Et sic vltra p cedendo faceret oi die. Dico vobis: & firmiter credo q iste talis plus in ascēsu ꝓtēplationis proficeret in vno mense: q̄z alti⁹ in quinquaginta ānis q ꝓtinue retrocederet quiescēdo. Et credo q etiā iste in breui consummaretur in statu: & esset glorioſus coram deo: & toti celesti curie predilectus.

¶ Si autem contēplatiue ascendēs in mō tem timueris in aliquo: statim curras ad cauernas lateris ꝛ sanguis vulnerum ihesu christi. Si vero nullo modo te potes absti nere a valle: ꝙ ibi forte nutrit⁹ eos: nec vis implere que dixi: hoc saltez facias: vt. s. ad vallem miserabilem tue miserie: ꝛ etiā po tius humani generis per humilitatem tui: ꝛ per compassionem proximi salubriter cō descendas dolendo summe: ꝛ lachrymādo tam pro tuis q̄z pro aliorum peccatis: ꝛ pro omnibus veniam a deo suppliciter postu lando. Ad ipse clementer concedat: qui ē benedictus in eternum ꝛ vltra. Amen.

¶ Unde in breui regula hec omnia predi cta comprehendē. Qui per contēplatiōis assensum vult attingere verticem montis. numq̄z quiescat. Et si paulisper q̄euerit vel quiescere voluerit non retroccedat: sed ite rum postea sursum ascendat donec assecu tus plene fuerit quod intendit: nisi forte de scendere velit ad suorum vel aliorum tri stitiam peccatorum.

¶ Secunda pars stimuli amoris fratris Bonauenture ordinis minorꝝ. Ad homo studeat se vilissimum ostendere.

Primo studeat hō quan tum potest se vilissimum reputare ꝛ indignum oi beneficio dei sibi displice at. Soli deo placere cupi at. ¶ Ab alijs velit vilis ꝛ humilis reputari. Et ex hoc summam dei clementiā recognoscat: ꝙ cum sit stercus vilissimū ad immēse ma iestatis iniuriam promptissimuz: ꝛ in omni bus fetidissimum dignatur eum deus sibi in seruū assumere: ꝛ ꝙ maius est: in filium adoptare. Nō ergo reputet magnum q̄ deo seruiat: sed potius maximū reputet ꝙ ipse deus dignatur habere sic insufficien tem ꝛ miserū seruitorem.

¶ Ad hō nō doleat nisi de petō.

¶ Secūdo vt de nullo nisi de peccato ꝛ ad peccatū inducente: ꝛ a deo retrahēte do leat: immo de quacunq̄z alia tribulatione: iniuria ꝛ afflictiōe gaudeat: inferentes sum me diligat ꝛ spāle orationem pro eis do mino fundat: deo inde copiosas laudes re ferat: ꝛ ad regratiandum deo de tanto be neficio se insufficientem penitus recogno scat: quia quos deus diligit: corrigit ꝛ casti gat: ꝛ ipse tribulationes: que hic nos p̄mūt ad deū nos ire compellūt.

¶ De dilectione paupertatis.

¶ Tertio vt paupertatem ꝛ omnem penu riam propter christum diligat: de tempora libus nihil nisi stricte suam necessitatem re quirat: aut quocunq̄z modo appetat. Sed christo capiti nostro in paupertate: ꝛ eis consolationis corporis deiectione se studeat conformare: ꝛ hoc debet maximum re putare: ꝙ rex regū: ꝛ dominus dominanti um ihesus christus: seruū sic vilissimum suis dignatur induere ornamentis: ꝛ sibi tutum fetidissimum similare. Ideoq̄z quanto vi det se ditiorem: ꝛ in pluribus consolationi bus corporis habundare: tanto debet inti miius ꝛ profundius contristari cernens se magis ex hijs forte a christi similitudine elongatum.

¶ Ad quilibet debet adimplere volun tatem christi.

¶ Quarto vt in his bonis: ꝛ indifferenti bus alterius plusq̄z suam adimplere stu deat voluntatem: immo semper suaz in ex terioribus actibus studeat annegare: alioꝝ beneplacita affectans cum omni vigilan tia in licitis adimplere. Et si hec omnia cir ca omnes faciens suos superiores debet to tis visceribus amplexari: ꝛ quecunq̄z di xerit honesta fieri velle: vel etiam signo ali quo intimauerint: debet suo posse cum ma gno desiderio affectui demandare.

¶ Ad nullū despiciat.

¶ Quinto q̄ nullū quātūcunq; milerum despiciat. Sed erga omnes materno commoueatur affectu: ⁊ sic omnibus intime cōpatiatur: sicut ipse compateretur suo vnico filio predilecto. Omnes aliorum miserias reputet esse suas. Et sicut ipse sibimet ita si pōt: debet omnibus subuenire: ⁊ quātus in compatiendo ⁊ ministrando debeat erga nos materialiter se habere. Debet tamen omnes tanq̄ patres ⁊ dominos reuereri.

¶ Ad nullū iudicet.

¶ Sexto q̄ nullum iudicet de peccato cū ignoret: quid diuina gratia in anima operetur. Sed si alqué per signa aliqua manifesta coniecerit peccatore plus de peccato illius doleat: q̄z si in suo proprio corpore deberet mille mortis supplitia sustinere. Recogitet enim diligenter q̄ preciosior est anima que sic letaliter vulneretur q̄z omnium corpora hominum q̄z celorum inquantum corpora. Et ideo sicut corpus meum a morte: sic imo multo magis deberé proximum meum cum omni vigilantia custodire ⁊ a peccato retrahere: oratione: exortatiōe: eré plo ⁊ breuiter modis omnibus quibus possem.

¶ Ad bonū primi diligat.

¶ Septimo vt bonū primi diligat sicut suū. Et sic vt mater de bonis filij iocundat: sic debet de prosperitate omnium viuentium exultare ⁊ maxime de hijs que spūalia sunt: vel ad spiritualia inductiua. Et sic ac si sua essent: aliorum bona debet summopere ⁊ sollicite promouere: ⁊ semper plura ⁊ maiora bona debet de proximo credere q̄z valeat intueri. Debet nihilominus etiam de bonis temporalibus proximo non modicum congaudere.

Ad bonū proximi amet.

¶ Octauo vt nihil preter deū diligat: aut non nisi pure propter deum vt sic omnia propter deū ⁊ in deum: ⁊ ipse deus in oīb⁹ ⁊ super omnia solū modo diligatur: nec eū ad magis diligendū hunc vel illum alliciat nagis propinquitas: vel beneficiorum imensitas: seu quorūcunq; bonorum commoditas temporalis: sed potius maior virtus: ⁊ sanctitas cuiuscunq;: vt sic omnes in deum referens ⁊ cōmuni amore ⁊ charitate diligēs meliori: ⁊ sanctiori charitate vinculo strictius copuletur. Pōt tñ ⁊ debet pro benefitijs ⁊ propinquis: ⁊ precipue parentibus coram deo salutem animarū orationem effundere specialem.

¶ Nono vt q̄cq̄d faciat vel dicat: ⁊ pro qbuscūq; negotijs iplicet deū semp actu in corde habeat ⁊ nihil aliud q̄z honorez suum in omnibus actualiter: vel habitualiter intendat. Sed ad hoc precipue nitatur: vt sic semper deum presentez intelligat: ac si ipsum qui presens est in sua videret essentia. Sicq; eum timeat: reuereatur: ⁊ intenso amore in ipsum feratur eoq; prout pōt in via fruat: ⁊ in ipso ⁊ nō in alio reqescat.

¶ Decimo vt si predicta omnia viderit se facere posse: adeo maxima beneficia accipere recognoscat. Debet quoq; ceterorum dei beneficiorum innumerabiliuz reminisci: ⁊ precipue q̄ eum ad suam imaginem voluit insigniri: seq; nostram naturam assumere: seipsum pro nobis morti tradere: in via se nobis in cibum: in gloria vero in premium tribuere semetipsum. Et q̄ nōdum ipse homo deum in patria est adeptus eum saltem in via aspiciat in patibulo sicq; sibi compatiatur: ac si eius vulnera in suo proprio corpore sustineret. Et de hoc pcipue debet dolere q̄ toto videt frustrari beneficio sic immenso. Cernat iesum deniq; in altari exhibitum sibi in cibum ⁊ potum omnis saporis suauitatem habentem. Et sic in ipso toto affectu delectans clamet ⁊ dicat hanc orationē. Oratio.

O Omine iesu christe tu qui es pa-

nis vite: me de te satiare digneris: vt nihil preter te sciam vel sitiam. Te ne domine mé tem meam vt interueniente verbo tuo: a te vo sole iustitie reparet. Qui viuis tc.

¶ Patri christi etiam omnem reuerentiam exhibeat t dicat sic.

O Ultissime iesu digware me minimum omnium peccatorum matri tue reuerentiam debitam exhibere. Et tu clementissima domina mihi indignissimo impetra vt perfecte sim semper tue deditus seruituti: t tibi omni tempore obsequar pura mente t' cor de deuoto continue tue benignitati assistam. Amen. Oratio.

O Omine iesu christe cor meum tuis vulneribus saucia: t tuo sanguine inebria mentem meam: vt quocunq; me vertam te semper videam crucifixum. Et quicquid aspexero mihi tuo appareat sanguine rubricatum: vt sic totus in te tendens nihil preter te valeam inuenire nihil nisi vulnera tua valeam intueri. Nec mihi sit consolatio magna tecum mi domine vulnerari. Nec intima sit mihi afflictio sub te aliquid meditari. Non quiescat cor meum bone iesu donec te inueniat centrum suum. Ibiq; suu terminet appetitu. Amé.

M Altum mirari debemus: imo nos mirari mirentur quando homo semel degustat dulcedinem dei: quomodo possit ab ea aliquatenus separari: quomodo non obliuiscatur omnia ex ebrietate: nimia etiam comedere t dormire. Et si aliquid aliud ante ipsum ponatur quomodo potest aliud q̃ sum benignissimum dominum intueri t in eo summa dulcedine oblectari: cum ipm in omnibus sciant esse: t in omnibus ipse valeat inueniri: t in omnibus requiescat.
¶ O q̃ bonus israel deus his qui recto sunt corde. O q̃ dulcis t suauis est spiritus eius in eo. O quanta amaritudine: O quanta tristitia: quanta anxietate repleri debet animus: qui etiam ad momentum a tã ta dulcedine sequestratur.

¶ De predestinatione.

O De predestinatione: aut de prescientia dei tibi aliqua subrepat cogitatio: sic responde diabolo talia propinanti. Quicquid sit de me: te certum est esse damnatum. Sed t si ego prescitus sum: t deum meum habere non debeo post hanc vitam: totis meis viribus laborabo: vt saltem ipsam habeam in presenti t ipsum possideam quantũ possum ne in vtroq; statu careā tanto bono. Momentum igitur temporis decetero non transibit: quin secundum meum posse totaliter fruar ipso. t semper in ipso summa iocunditate delectet: exquo eternam misericordiam assequi non debeo in futuro.
¶ Numquid summa vesania esset si certus sum me eternalibus ignibus cruciandum: velle me inimicis tradere in presenti t ex nunc cum diabolo incipere conuersari. Et non ne sufficiet illa miseria absq; hoc q̃ me nunc miserum faciam ante tempus. imo certe plus predestinatis me deo meo pro vt potero totaliter exhibebo: vt nihil sit in me: nec cor: nec lingua: nec cetera mẽbra quin sint occupata in seruitio dei mei: vt saltem dum possum inquantum possum habeam summum bonum. Sicut enim seculares: quia in quadragesima nõ debẽt comedere carnes: volũt in carnispriuio carnibus habundare. Sic certe de deo deberet facere qui de sua prescientia esset certus. Et hoc precipue faceret sine dubio si q̃ suauis est deus etiam ad modicum degustaret. Cetera enim delitias absinthium reputaret.
¶ Sed quantũcunq; qđ deus prescierit

me sim certus. Scio q̄ seipsum negare nō poterit. Unde cum totis viribus amplexa bor: ꝛ ipsum mētis visceribus fortiter strin gens: etiam si aurora apparuerit nisi mihi bene dixerit non dimittam. Quod si bene dixerit mihi eum: tunc etiam non dimittam ꝛ sine me recedere non valebit. Licitum enim mihi est sibi inferre violentiaz in hac parte cum ipse comendet illos qui regnuz celorum capiunt violenter. ¶ Aut certe scio quid faciam. In cauernis enim suorum vulnerum me abscondam vbi quietius latitabo ꝛ sic extra seipsum me non poterit inuenire. Quod si intra seipsum me inuenierit: eum me exire compellere non decebit: q̄ dixit eum qui venit ad me non eiciā foras. Et sic me condemnare non poterit: nisi se voluerit vindicare. Aut ad matris sue pedes prouolutus iacebo: ꝛ q̄ propter pec catores mater dei sit effecta iuridice allega bor: ꝛ vt mihi veniam impetret humiliter postulabo. Et sic repulsam pati non potero ab ea: quia ipsa fons pietatis ab omnibus predicatur. ¶ Ipsa enim non misereri ignorat: ꝛ miseris satisfacere nunq̄z scivit. Nec credo q̄ propter me nouam velit adiscere lectionem. Ideoq̄z ex compassione maxima ante filium suum mecum si dici potest misera apparebit: ꝛ mihi ad idulgentiam q̄z citius poterit suum vnicum inclinabit: ꝛ sic triplex habeo refugiū: qō qua si triplex funiculus difficile confringetur. ¶ Quod si ego predestinatus vitam eternam debeo cum angelis possidere: certe debeo ex nunc angelicam vitam ducere nō humanam. Totum illi me debeo exhibere in seruitium qui se mihi totum in premium preparauit: vt hac portione contentus nihil aliud ām̄odo mihi liceat affectare. Justus enim est ꝛ si aliud q̄z ipsum quererem contra me posset rationabiliter indignari. Et sic quem visurus sum mihi benivolum. cito merito viderem iratum: ꝛ contra me non iniuste: sed digne ꝛ iuste sententiam inferentem. ¶ Igitur in fine diabolo sic con cludam. Quicquid de me futurum sit a dei seruitio non desistam: Et vt tibi quia non potes tanto domino ministrare: ꝛ eius dulci presentia iocundari.

¶ Hec sunt que ducunt hominem ad cō templationis quietem.

S I ad contemplationis quietem voluerio peruenire: tu intra te studeas radicare hec tria sollicite obseruando. ¶ Primum ē vt quantum ꝛ qualiter tuum creatorem offenderis quantumcunq̄z ab alijs quotidie offendatur consideres diligenter ꝛ diligēti consideratione assidue mediteris: ꝛ de tuis sceleribus summe dolens: alijsq̄z intime compatiens tanq̄z tibi die noctuq̄z si potes habundantius lachrymeris: tuis lachrymis teryberius irrigando cor tuum ab omni macula abluendo deum tuum tuis sceleribus offensum cauzellatis manibus: flexis genibus lachrymosis gemitibus ꝛ suspirijs ac importunis precibus tibi ad misericordiam inclinando. Non enim sumus in statu letitie: sed meroris. Et magnum est valde si deum nostrum sic nostris delictis: grauiter ꝛ frequenter offensum: poterimꝰ toto tempore vite nostre placare prolādo. Et hoc ad magnam nostram consolationē debemus sumope eligere in presenti nostras videlz ꝛ aliorum nequitias gemere ꝛ plorare: quia ipse benignissimus deus ꝛ pater domini nostri iesu christi pater misericordiarum ꝛ totius consolationis anime sic: fideliter in amaritudine existenti: post gemitus ꝛ suspiria: ꝛ lachryma rum inundationem exultationem infundit. ¶ Sicut enim aqua in vtre putrefacta: ꝛ solis calore decocta in vinum cō uertitur: sic imperfecte contricto lachry-

me amare: feruore caritatis decocte in vinum leticie conuertuntur. Nec enim decet tantum deum & dominum: tam nobili dono in anima habitare: nisi ipsam mundissimam inuenerit: & cum omni diligentia ab omnibus peccatis: & maculis expiatam.

¶ Secundum est vt nitaris quantum potes christo compati pro te passo. Ubiq; n. & semper eius passionem & mortem sibi crudelissimam & penosam: sed nobis necessariam & dulcorosaz debes in corde tuo assidua meditatione pensare. Nisi enim sibi compatiendo nouerimus nos compati secum non poterimus iocundari. Si autem bene eius passionem fueris meditatus: & multum intraueris latus eius: certe peruenies ad cor eius. ¶ O felix cor quo sic cordi christi dulciter colligatur. Cuius leua sub capite eius: & dextera amplexatur. Recte tunc sponsus cum sponsa in cubiculo requiescit. Sed obsecro te o anima: mihi narra dulcedinez quam tu sentis. Aue so te: mihi delicias quibus cum sponso tuo christo affluis non occultes. Sed vt bene video me non audis: quia cor tuum absortum est nimio predulcore. Jam tui interpretis existentis in carcere es oblita. Certo enim te sic amenitate nimia esse rapta: vt iam non sit tibi vox penitus neq; sensus. Quicunq; autem ad contéplationis quietem & dulcediné: nisi per christi latera hostium voluerit introire furem se reputet & latronem. ¶ Tertium vt nihil possidere cupias nisi deum. Et quicquid preter deuz cordi tuo oblatum fuerit: vel videris vel audieris nominare debes de huiusmodi tanq; de caducis solijs non curare. Ipsi soli stabilias mentem tuam. Ipsum solum omnibus relictis tu sequaris. Ipsi soli indissolubiliter colligaris. Tunc enim te suis brachijs sustentabit & castis amplexibus te cóstringet. ¶ Tunc in auribus tuis melos sue eloquentie resonabit: & tibi mellifl ua oscula exhibebit. Vere tunc pre delitijs te nó poteris sustinere: quia nimia dulcedine absorberis. O felix aia quo abijsti: q; sic nos in tanta amaritudine reliquisti. Nobis obsecro nuncia si tibi sufficiunt illa bona. An vis vt tibi de nostris delitijs & exenijs trásmittamus. Sed vt puto nos reputas non exenijs vel delitijs: sed potius sterco:ibus habuudare. Quid ergo tibi offerremus o anima tanta taliq; iocunditate repleta cum tu maxima nostra bona non solum recipere. verumetiam nec pensare audire vel respicere nó dignaris. ¶ Quare sic que diligimus tu contemnis. Sed vt video nobis non loqueris: q; rapta es in cubiculum a dilecto. O amor i effabilis: qui cor sic fortiter conglutinat suo fini. O mira benignitas creatoris: qui se singulariter diligentem dono visitat excellenti.

¶ Contra superbiam.

O Superbe homo: luciferri imitator: responde mihi. Nunqd cogitas te deum esse. An omnia a deo esse ignoras. Si enim a te aliquid esse protestaris: certe te deum esse fateris. Sed amplius vide: vt magis tua insania reprimat. Nóne de alieno stultũ est gloriari. Cũ ergo cuncta sint a deo. Si gloriaris de aliquo te manifeste cóprobas esse stultũ. Si aũt hoc ignoras non es dicendus homo: sed bestia carens penitus hois ratione. ¶ Audi ergo insane. Si gloriari vis: & stultus apparere nó vis: exclude que tua non sunt: & tunc de reliquo glorieris. Sed certe si omnia non tua a te excluseris in nihilum penitus redigeris. Ergo de nullo glorieris si non vis incurrere vanitatem. Si vero specialiter ad dona gratum facientia descendas: de illis gloriari non potes: quia te illa habere ignoras